# Paulus II.

## Regule, ordinationes et constitutiones[a] Cancellarie sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia[b] pape secundi[c] scripte et correcte in Cancellaria apostolica[d]

[a] ordinationes - constitutiones *fehlt München 577, München 8482*, *GW M29935, GW M29944-M29945*
[b] divina providentia *fehlt München 8482*
[c] secundi *München 577* II
[d] Regule - apostolica *Bamberg 68, München 577, München 8482, GW M29935-29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Eichstätt 577* Regule Cancellarie pape Pauli*; Lucca 292, VL 12102 (leicht verkürzt)* Sequuntur regule Cancellarie edite a sanctissimo papa Paulo secundo anno MCCCCLXIIII, indictione duodecima etc. *(VL 12102 folgt* Ego Ludovicus de Xiva 1479*)* Quamvis regulas istas per singulos successores Petri pro libito mutari sciamus, quia tamen a reverendissimo episcopo nostro domino L‹aurentio› datario apostolico *(= Laurentius Roverella)* intelleximus, quod exceptis regulis, que de expectativis eduntur, in paucis alterantur et in multis in veritate est stilus curie, tum, ut de moribus curie nos canonum lectores ex decisionibus Rote et regulis istis instruit, si aliquod edocere utilitatis possimus, hec premissis anotare curavimus*; Melk 1894* Regule Cancellarie Romane domini Pauli pape secundi*; München 260* Pauli secundi pontificis maximi regule Cancellarie feliciter incipiunt*; München 14700* Regule Cancellarie de acceptationibus*;* scripte - apostolica *fehlt München 577, München 8482, GW M29935, GW M29944-M29945; ohne Überschriften sind PL 688, Firenze 64, Sevilla 7, Würzburg 131*

### 1.

ANNUS CORONATIONIS PAPE PAULI II[a].

Sanctissimus[b] in Christo pater et[c] dominus noster[d] dominus Paulus divina providentia papa secundus[e] pro utilitate rei publice ac norma dandis et modo[f] in rebus agendis suorum predecessorum inherendo vestigiis in crastinum sue assumptionis ad summi apostolatus apicem, videlicet die[g] ultima mensis augusti[h] anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[i1], infrascriptas quorundam ex eisdem predecessoribus[j] regulas et ordinationes innovavit[k] et quasdam limitavit aliasque et certas reservationes ac revocationes[l] et constitutiones fecit subsequentes[m], quas dumtaxat voluit et mandavit[n] suo tempore observari[o] et per me Rodericum[2] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem sancteque[p] Romane ecclesie vicecancellarium in Cancellaria apostolica publicari[q] et que[r] postmodum, die videlicet vicesima[s] mensis[t] septembris[u] pontificatus sui anno primo[3], iuxta mandatum mihi factum fuerunt publicate[v].

[1] *1464 August 31 = Tag nach der Wahl; Paul II. wurde am 16. September gekrönt, siehe auch unten Anm. h.*
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[3] *1464 September 20*.

[a] Annus - II *München 577*
[b] *vor* Sanctissimus *Lüneburg Uaa* Rodericus miseratione divina sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie vicecancellarius, universis et singulis presentes litteras inspecturis, sa-

lutem in domino. Quia ratio exigit et equitas persuadet veritati testimonium perhibere, universitati vestre notum facimus et firmiter attestamur, quod inter constitutiones sive regulas per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Paulum divina providentia papam secundum editas et factas ac in certo Cancellarie apostolice libro descriptas et annotatas fuit et est ac etiam repperitur quedam per eum facta constitutio seu regula, cuius tenor talis est

[c] pater et *fehlt VL 12102*
[d] noster *fehlt PL 688*, *Lucca 292; VL 12102 folgt* et
[e] secundus *Firenze 64, München 260, München 577* II*; Lucca 292* 2[us]
[f] dandis et modo *VL 12102* et modum dandum
[g] *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7 folgt* lune *(1464 fiel der 31. August auf einen Freitag und nicht auf einen Montag)*
[h] ultima - augusti *Sevilla 7* XVII mensis septembris *(der 17. September 1464 war ein Montag) und am rechten Rand mit Verweis darauf* scilicet die coronationis, q(uia) ipse fuit coronatus penultimo mens(is) augusti, et tunc dicitur assu[mtionis ...]
[i] millesimo - quarto *VL 12102, München 577, München 8482* MCCCCLXIIII*; Würzburg 131* MCCCCLX quarto*;* quadringentesimo - quarto *PL 688, Sevilla 7* CCCCLXIIII*;* sexagesimo quarto *Lucca 292* LXIIII
[j] predecessoribus *Eichstätt 577, Würzburg 131* predecessorum
[k] innovavit *München 260* innotavit
[l] ac revocationes *fehlt PL 688, München 8482*
[m] subsequentes *fehlt München 577*
[n] et mandavit *fehlt München 577*
[o] observari *VL 12102, Lucca 292* observare
[p] sancteque *Firenze 64* sancte
[q] publicari *fehlt Eichstätt 577*
[r] et que *Lucca 292, VL 12102* atque*;* que *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*
[s] vicesima *VL 12102* 20*; Eichstätt 577, Lucca 292, München 577, Würzburg 131* XX
[t] mensis *fehlt Eichstätt 577, Würzburg 131*
[u] *VL 12102, Lucca 292 folgt* supradicti
[v] et per me – publicate *Lüneburg UAa* etc.*, es folgen Nr. 2 und 13*

## 2.

RESERVATIO BENEFICIORUM VACANTIUM PER CONSTITUTIONEM „AD REGIMEN“ ET „EXECRABILIS“[a].

In primis reservationes fecit similes illis, que in constitutione felicis recordationis Benedicti pape XII[b], que incipit „Ad Regimen“[1], continentur, et illas locum habere voluit, etiamsi officiales in eadem constitutione expressi apostolice sedis officiales[c] ante obitum eorum esse[d] desierint, quoad beneficia, que tempore, quo[e] officiales erant[f], obtinuerant, ac reservavit beneficia[g], que per constitutionem pie memorie Iohannis pape XXII[h], que incipit „Execrabilis“[2], vacant seu vacare contigerit[i].

[1] = *Benedikt XII. Nr. 35B*.
[2] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

[a] Reservatio - Execrabilis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Reservat papa beneficia officialium contentorum in extravaganti „Ad regimen“, etiamsi desinant esse officiales, et reservat beneficia vacantia per extravagantem „Execrabilis“*; Würzburg 131* Reservationes generales et speciales sequuntur
[b] XII *VL 12102* 12
[c] in eadem - officiales *fehlt Würzburg 131*
[d] esse *fehlt PL 688*
[e] quo *fehlt VL 12102*
[f] officiales erant *fehlt GW M29935, GW M29945*

[g] que tempore - beneficia *fehlt München 577*
[h] XXII *fehlt Eichstätt 577; PL 688* XII; *VL 12102* 22
[i] et illas – contigerit *Lüneburg UAa* etc.

## 3.

RESERVATIO BENEFICIORUM VALOREM DUCENTORUM FLORENORUM EXCEDENTIUM[a].

Item reservavit specialiter[b] omnes[c] ecclesias, etiam patriarchales[d], archiepiscopales, episcopales[e] nec non omnia[f] monasteria virorum[g] valorem[h] ducentorum[i] florenorum auri de Camera[j] communi extimatione excedentia, quotienscumque[k] illis uti voluerit.

[a] Reservatio - excedentium *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* Reservat provisionem cathedralium archiepiscopalium et monasteriorum valoris ultra CC florenorum*; Sevilla 7* Reservat eccl[esias] cathedralium et monasteria vir[orum] excedentia CC florenorum valorem*, und am unteren Blattrand mit Verweiszeichen* Si papa reservat monasteria et ecclesias et solitus est providere de similibus monasteriis in consistorio secreto cardinalium, dubitatur, an habeant hec locum in gratia „Si neutri", qua cavetur, quod „Si neutri" litigantium [pro]ut infra c.? 64? in prima columna *(Bezug unklar)*, tamen non est verum, quod papa teneatur providere de istis monasteriis consistorialiter nec cavetur iure nec ista regula
[b] specialiter *fehlt München 260; Firenze 64* similiter
[c] omnes *fehlt München 577*
[d] etiam patriarchales *PL 688* parochiales*;* patriarchales *VL 12102, München 8482*, *Würzburg 131* parochiales
[e] episcopales *fehlt Bamberg 68, München 8482*, *Würzburg 131*
[f] omnia *fehlt PL 688, München 8482*
[g] virorum *fehlt PL 688; GW M29935, GW M29944-M29945* verum
[h] valorem *fehlt München 8482*
[i] ducentorum *Firenze 64* II[c]*; München 577* CC
[j] de camera *fehlt Bamberg 68, PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 8482*, *Sevilla 7*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945*
[k] quotienscumque *VL 12102, Lucca 292* quoscumque

## 4.

RESERVATIO DIGNITATUM MAIORUM POST PONTIFICALES ET BENEFICIORUM SUORUM ET DOMINORUM CARDINALIUM FAMILIARIUM[a].

Item reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus et[b] metropolitanis ac principales[c] in[d] collegiatis ecclesiis nec non prioratus, prepossituras et prepositatus[e] ac alias dignitates conventuales et preceptorias generales[f] ordinum quorumcumque, sed non militiarum, nec non quecumque beneficia, que sui et sancte Romane ecclesie viventium tunc[g] et, qui erunt suo tempore, cardinalium familiares continui commensales obtinent et in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, et in quibus seu ad que ius eis[h] competit aut competierit, etiamsi[i] ab ipsa familiaritate per obitum cardinalium eorundem vel alias recesserint.

[a] Reservatio - familiarium *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Reservat dignitates maiores post pontificales scilicet principales in collegiatis [et] quascumque dignitates conventuales ordinum quorumcumque preter ordines militiarum. Item reservat beneficia familiarium omnium cardinalium*, und am Rand mit Verweis auf* durante*:* Per ista verba et per verba supra posita ap‹p›aret, quod beneficia familiarium cardinalium, qui ante istam regulam recesserint ab illis, non sunt reservata, fa(ci)t ad hec tex(tus), scilicet quod ibi d(ici)t Do(mini)cus expresse de isto casu nec non/negatio? Presenti, De off(ici)o le(gati) l(ibr)i VI *(= VI 1.15.3)*
[b] et *Firenze 64* etiam
[c] ac principales *fehlt GW M29945*
[d] cathedralibus - in *fehlt PL 688, Würzburg 131*
[e] prepositatus *PL 688* personatus*; Würzburg 131* preposituras
[f] generales *Bamberg 68* generalium
[g] tunc *VL 12102, Lucca 292, München 8482*, *Sevilla 7*, *Würzburg 131* nunc
[h] eis *fehlt PL 688, München 8482; München 260* eius
[i] etiam si *PL 688, München 260* et si

## 5.

RESERVATIO BENEFICIORUM COLLECTORUM UNICORUM ET SUBCOLLECTORUM[a].

Item reservavit generaliter[b] omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque collectorum[c] et unicorum[d] in quacumque[e] civitate vel diocesi, qui suo tempore eorum officia[f] exercuerint, subcollectorum[g] fructuum[h] et proventuum Camere apostolice[i] debitorum[j], illa videlicet beneficia dumtaxat, que durante eorum officio[k] obtinuerint et in quibus seu ad que ius tunc[l] eis[m] competierit.

[a] Reservatio - subcollectorum *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Reservat beneficia collectorum et subcollectorum Camere etc.
[b] generaliter *fehlt PL 688*
[c] collectorum *München 260* collatorum*; Würzburg 131 folgt* subcollectorum
[d] unicorum *PL 688*, *VL 12102* subcollectorum*; Würzburg 131 folgt* vel vicecollectorum
[e] collectorum - quacumque *fehlt Sevilla 7*
[f] officia *PL 688* beneficia
[g] subcollectorum *PL 688* vicecollectorum*; München 260* subcollatorum
[h] fructuum *fehlt München 260*
[i] fructuum - apostolice *fehlt PL 688*
[j] debitorum *fehlt PL 688, Firenze 64, Sevilla 7*
[k] officio *fehlt München 577*
[l] tunc *fehlt Firenze 64, München 577, GW M29935-M29936, GW M29945; PL 688* nunc
[m] eis *fehlt GW M29944*

## 6.

RESERVATIO BENEFICIORUM DECEDENTIUM[a], DUM CURIA TRANSFERTUR[b].

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque curialium, quos, dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit[c], et in quovis loco quantumcumque etiam a dicta curia remoto[d].

[a] *PL 688 folgt* curialium

[b] Reservatio - transfertur *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Reservat beneficia curialium ubique decedentium sequendo curiam
[c] decedere contigerit *Würzburg 131* de cetero contigerit mori
[d] remoto *PL 688*, *VL 12102* remota

## 7.

RESERVATIO[a] BENEFICIORUM CUBICULARIORUM ET CURSORUM SUORUM[b].

Item reservavit omnia beneficia[c] cubiculariorum et cursorum[d] suorum.

[a] *PL 688 folgt* certorum
[b] Reservatio - suorum *Bamberg 68, PL 688, Sevilla 7, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947;* suorum *fehlt Sevilla 7*
[c] beneficia *fehlt München 260*
[d] et cursorum *fehlt PL 688*

## 8.

RESERVATIO BENEFICIORUM TRIUM ECCLESIARUM PRINCIPALIUM URBIS ROME ET PERTINENTIUM AD COLLATIONEM DOMINORUM CARDINALIUM IN EORUM ABSENTIA[a].

Item reservavit dispositioni sue generaliter quecumque[b] beneficia[c], canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus et officia in basilica principis apostolorum et sancti Iohannis Lateranensis ac beate Marie Maioris[d] de Urbe ecclesiis nec non ad collationem, provisionem[e], presentationem seu quamvis aliam dispositionem sancte Romane ecclesie cardinalium a Romana curia[f] absentium ratione[g] suorum episcopatuum[h] cardinalatus et in eorum cardinalatibus[i] ecclesiarum et titulorum spectantia[j], quamdiu absentia huiusmodi[k] duraverit, canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia ceteraque ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura vacantia et in antea vacatura[l] tam in eadem Urbe quam in ecclesiis, civitatibus et diocesibus dictorum[m] episcopatuum consistentia[n], ac decrevit etc.

[a] Reservatio - absentia *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* [Re]servat prebendas, dig[nitates], [perso]natus et officia ecclesiastica [ecclesiarum] sancti Petri, sancti Iohannis Lateranensis et sancte Marie Maioris nec non beneficia spectantia ad collationem cardinalium absentium etc.*; Sevilla 7* Reservat beneficia certarum ecclesiarum urbis Rome et beneficia expectantia ad dispositionem cardi[nalium] in eadem Urbe vel circumcirca ratione episcopatuum cardinalatus in eorum absentia
[b] quecumque *VL 12102, Lucca 292* quoscumque
[c] beneficia *fehlt Bamberg 68, PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Firenze 64, Lucca 292, München 260, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29936, GW M29947*
[d] apostolorum - Maioris *fehlt PL 688*
[e] provisionem *fehlt GW M29944-M29945*
[f] a Romana curia *PL 688* Romane curie
[g] absentium ratione *VL 12102* habentium rationem*;* ratione *Würzburg 131* rationem
[h] episcopatuum *Firenze 64, Sevilla 7* episcopatus

[i] cardinalatibus *VL 12102* cardinalibus
[j] spectantia *PL 688* spectantibus*; Würzburg 131* spectantium
[k] huiusmodi *Bamberg 68, Firenze 64, München 577, GW M29936, GW M29947* sua
[l] vacatura *fehlt München 577*
[m] dictorum *fehlt München 577*
[n] consistentia *VL 12102, Lucca 292* consistentium

## 9.

DE EXPEDIENDIS LITTERIS IN FORMA „RATIONI CONGRUIT“[a].

Item voluit, quod[b] super quibusvis concessionibus[c] per felicis recordationis Pium papam II[d] vel de eius mandato factis[e], etsi[f] ille[g] gratias[h] beneficiales, super quibus littere apostolice infra terminum iuxta constitutionem per ipsum dominum Pium editam ad id prefixum expediende forent, concernunt, post lapsum termini[i] huiusmodi et prorogationum[j] super hoc per eundem dominum Pium factarum infra sex[k] menses ex tunc proxime futuros in forma „Rationi congruit“ expediri possint iuxta constitutionem[l] et regulas quoad hoc congruentes et alias, ut est moris.

[a] De - congruit *Bamberg 68, PL 688, München 577, München 8482, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Mandat papa, quod b[ulle] expediantur infra VI mens[es] in forma „Ratione congruit“ su[per] concessionibus factis a P[io] computandos a tempore termini lapsi vel prorogationis concesse per papam Pium *und am Rand zu* ex tunc: computandos a presente l[apso] termini scilicet c(oncessionis) vel prorogationis facte per Pium
[b] *Würzburg 131 folgt* usque ad eius beneplacitum
[c] concessionibus *Bamberg 68, VL 12102, Lucca 292 (hier korrigiert in* concessionibus*), München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* constitutionibus
[d] per - II *VL 12102* per fiat per phedericum *(!)* secundum*;* II *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, München 8482*, *Würzburg 131* secundum
[e] de - factis *Würzburg 131* ad eius mandatum
[f] etsi *VL 12102, Lucca 292, München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944* etiamsi
[g] ille *fehlt Würzburg 131*
[h] gratias *VL 12102, Lucca 292* gratie
[i] termini *VL 12102, Lucca 292* terminum
[j] prorogationum *VL 12102, Eichstätt 577, Würzburg 131* prerogationum*; VL 12102, Lucca 292* prerogativum*; München 260* progantium
[k] sex *PL 688*, *Lucca 292* VI
[l] constitutionem *Bamberg 68, Eichstätt 577, Firenze 64, München 260, GW M29936, GW M29947* constitutiones

## 10.

DECLARAVIT BENEFICIA PER PIUM RESERVATA REMANERE AFFECTA[a].

Item declaravit omnium et singularum ecclesiarum cathedralium et monasteriorum provisiones, quas prefatus dominus Pius eius[b] predecessor ordinationi et dispositioni sue, nec non omnia et singula beneficia ecclesiastica, que dictus predecessor etiam prefate dispositioni cum interpositione decreti reservaverat, que quidem ecclesie et monasteria nec non

sic[c] reservata beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant, aut[d] ecclesie et monasteria huiusmodi sic[e] commendata, vel[f] eis[g] administratores[h] deputati non fuissent, etiam[i] tunc[j] vacassent, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem[k] et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se[l] intromittere vel disponere potuisse sive posse quoquo modo, decernens[m] irritum et inane, si secus super hiis[n] a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter[o] attemptatum forsan erat tunc vel in posterum contigerit attemptari.

---

[a] Declaravit - affecta *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* De reservatis tempore Pii et que vacabant tempore sui obitus*; Sevilla 7* Declarat beneficia re[servata] a Pio et vacantia te[mpore] obitus sui remansisse affecta, quod nullus se potuit intromittere de [illis] preter Romanum pontific[em]
[b] eius *fehlt Firenze 64*
[c] sic *fehlt München 8482*
[d] aut *VL 12102, Lucca 292* que
[e] sic *fehlt VL 12102; Firenze 64, Sevilla 7* si
[f] vel *fehlt München 577, GW M29935, GW M29944-M29945*
[g] eis *Würzburg 131* eius
[h] administratores *PL 688* administrationes
[i] etiam *fehlt PL 688, München 8482*
[j] deputati - tunc *VL 12102* deputata fuissent nec etiam
[k] reservationem *PL 688* constitutionem
[l] se *fehlt VL 12102*
[m] quoquomodo decernens *VL 12102* quorumque decernentem*;* decernens *Lucca 292* decernentes
[n] super hiis *Bamberg 68, PL 688, München 577, München 8482, Würzburg 131, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* de illis*; VL 12102, Lucca 292, München 260* super illis
[o] a quoquam - ignoranter *fehlt Bamberg 68, PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 260, München 577, München 8482*, *Sevilla 7*, *Würzburg 131*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

## 11.

REVOCATIO EXPECTATIVARUM PII PAPE II[a].

Item suorum predecessorum vestigiis inherendo revocavit quascumque expectativas[b] nec non alias[c] quam, super quibus[d] per Cancellariam apostolicam littere in forma solita[e] expediri consueverunt, reservationes[f] de quibusvis[g] etiam[h] patriarchalibus[i], metropolitanis et[j] aliis cathedralibus[k] ecclesiis ac monasteriis et beneficiis vacaturis cum mandatis[l] de providendo et extensionibus[m] inde secutis[n] per dictum Pium predecessorem in favorem quorumcumque et quibuscumque[o], etiamsi sint[p] sancte Romane ecclesie cardinales, concessas et factas ac facultates nominandi, reservandi ac conferendi prerogativas et indulta, que circa gratias et reservationes huiusmodi ab eodem predecessore emana‹ve›runt, quoad ea[q], in quibus nondum sunt sortite effectum.

[a] Revocatio - II *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Revocat expectativa[rum] litteras concessas Pii et reservationes beneficiorum factas in favorem quarumcumque personarum quoad [ea], in quibus non sunt sor[tite] effectum
[b] *Eichstätt 577, Sevilla 7, Würzburg 131 folgt* gratias
[c] alias *VL 12102, Lucca 292* alteras
[d] quibus *München 577, GW M29935, GW M29944* quibusvis
[e] *Eichstätt 577, Würzburg 131 folgt et* consueta
[f] reservationes *PL 688, München 8482* reformationes
[g] quibusvis *VL 12102, München 8482* quibus*; Würzburg 131* quibus ius
[h] *Eichstätt 577, Würzburg 131 folgt* parochialibus
[i] patriarchalibus *PL 688* parochialibus
[j] *VL 12102, Lucca 292 folgt* etiam
[k] metropolitanis - cathedralibus *fehlt PL 688*
[l] cum mandatis *PL 688* cum mandato*; VL 12102* quo mandat
[m] extensionibus *PL 688* excessionibus
[n] extensionibus - secutis *VL 12102* extensionem deinde secuta; secutis *Lucca 292* secuta
[o] et quibuscumque *fehlt PL 688, München 8482*
[p] sint *fehlt München 577, GW M29935, GW M29944*
[q] *GW M29935, GW M29944-M29945 folgt* vel

## 12.

REVOCATIO UNIONUM, ANNEXIONUM ET INCORPORATIONUM[a], QUE NONDUM SORTITE SUNT EFFECTUM[b].

Item rationabilibus suadentibus causis ipse dominus noster omnes uniones, annexiones et incorporationes[c] de quibusvis[d] cathedralibus nec non aliis ecclesiis ac monasteriis, dignitatibus[e], personatibus, officiis ac beneficiis et locis ecclesiasticis[f], qualiacumque fuerint, invicem[g] vel[h] aliis ecclesiis[i], monasteriis, mensis[j], dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis[k] et locis[l] quomodolibet[m] apostolica vel alia quavis[n] auctoritate factas[o], que suum sortite effectum non sunt, ac quecumque[p] concessiones et mandata super unionibus[q], annexionibus et incorporationibus taliter faciendis revocavit, cassavit et irritavit nulliusque decrevit existere firmitatis nec alicui quascumque clausulas[r] vel adiectiones[s] in quibusvis apostolicis[t], etiam que[u] motu proprio et ex certa scientia[v] processerant[w] et emanaverant, litteris[x] quomodolibet contentas adversus revocationem, cassationem et irritationem huiusmodi voluit[y] aliquatenus[z] suffragari.

[a] annexionum et incorporationum *fehlt PL 688*
[b] Revocatio - effectum *Bamberg 68, PL 688, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Revocat annexiones et incorporationes factas quarumcumque ecclesiarum vel beneficiorum auctoritate apostolica vel alia quacumque, que non fuerunt sortite effectum, et revocat quecumque mandata habita ab apostolica sede super hoc et quascumque clausulas etc.
[c] annexiones et incorporationes *PL 688* que nondum sortite sunt effectum
[d] quibusvis *Eichstätt 577, Würzburg 131* quibus
[e] *Würzburg 131 folgt* mensis
[f] locis ecclesiasticis *VL 12102* loca ecclesiastica*;* ecclesiasticis *fehlt Eichstätt 577*
[g] *München 8482 folgt* unite
[h] *VL 12102 folgt* in

[i] ecclesiis *fehlt Sevilla 7*
[j] mensis *VL 12102, Lucca 292* vel
[k] beneficiis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[l] qualiacumque - locis *fehlt Eichstätt 577*
[m] quomodolibet *München 260* generaliter
[n] quavis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[o] factas *fehlt VL 12102*
[p] quecumque *Eichstätt 577, Würzburg 131* quorumcumque
[q] unionibus *fehlt München 577, GW M29935, GW M29945*
[r] clausulas *PL 688* gratias
[s] adiectiones *VL 12102, Lucca 292* dictiones
[t] quibusvis apostolicis *Würzburg 131* quibuscumque ius apostolicus
[u] *Würzburg 131 folgt* si
[v] scientia *fehlt VL 12102*
[w] processerant *Würzburg 131* precesserant
[x] litteris *Würzburg 131* litteras
[y] voluit *Bamberg 68, VL 12102, GW M29935, GW M29944-M29945* noluit
[z] aliquatenus *fehlt VL 12102*

## 13.

REVALIDATIO LITTERARUM INFRA ANNUM NON PRESENTATARUM EXECUTORIBUS SUIS[a].

Item[b] predictus dominus noster omnes et singulas ab ipso Pio[c] predecessore infra annum ante[d] diem obitus[e] eiusdem concessas gratie vel iustitie[f] litteras temporibus debitis[g] earum[h] executoribus non presentatas omnino revalidavit et in statum pristinum, quo videlicet ante fuerant, et eos[i], pro quibus erant obtente, quoad hoc plenarie restituit ac decrevit per executores predictos vel ab eis[j] subdelegandos perinde[k] ad ipsarum executionem procedi[l] posse et debere, ac si executio huiusmodi temporibus predictis inchoata fuisset[m].

---

[a] Revalidatio - suis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Revalidat litteras gratie vel iustitie concessas per Pium infra annum ante obitum suum non presentatas executoribus et restituit eas obtinentes in pristinum statum et dat facultatem executoribus earum procedendi etc.
[b] *vor* Item *Lüneburg Uab* Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctis disponentes fidelibus iustitiam ministrari tenorem cuiusdam per nos dudum edite constitutionis, que die vicesima mensis septembris anni incarnationis dominice millesimi quadringentesimi sexagesimi quarti *(= 1464 September 20)* publicata fuit, ad instantiam dilectorum filiorum capituli ecclesie Lubicensis *(= Lübeck)* se illa pro quarundam litterarum apostolicarum eis gratiose concessarum executione et iurium suorum conservatione indigere asserentium presentibus annotari fecimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi sic inserto tenori stetur et fides plena adhibeatur ubicumque in iudicio vel extra illud exhibitus fuerit vel ostensus. Dictus vero tenor talis est
[c] Pio *fehlt PL 688, Eichstätt 577, München 8482*
[d] ante *VL 12102, Lucca 292* antedictum
[e] *Lucca 292 folgt* concessas
[f] gratie - iustitie *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[g] debitis *München 260* debitas
[h] earum *Bamberg 68, VL 12102, PL 688, Lucca 292, München 260, München 577, München 8482*, *Würzburg 131*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* eorum
[i] eos *Firenze 64* eis*; Sevilla 7* eas
[j] vel ab eis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[k] perinde *VL 12102, Lucca 292* provide
[l] procedi *fehlt PL 688; Würzburg 131* precedi

[m] *Lüneburg Uaa folgt* Lecta et publicata fuit supradicta regula Rome in Cancellaria apostolica, die iovis vicesima mensis septembris millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, indictione duodecima, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Pauli pape secundi anno primo *(= 1464 September 20)*, et in Audientia contradictarum, die quinta octobris, anni et pontificatus predictorum *(= 1464 Oktober 5, vgl. Nr. 88)*. Quam quidem constitutionem sive regulam in prefato libro repertam nos Rodericus cardinalis et vicecancellarius antedictus volentes, prout nostro incumbit officio, perhibere testimonium veritati ad honorabilium virorum proconsulum et consulum opidi Luneburgensis Verdensis diocesis se illa pro sui iuris tuitione et conservatione indigere asserentium instantiam de verbo ad verbum cum eodem libro per dicte Cancellarie senescallum sive custodem auscultari ac per eum subscribi nostrique maioris sigilli fecimus appensione communiri in fidem et testimonium premissorum. Dat. Rome in domibus nostris, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, indictione tertiadecima, die vero vicesima secunda mensis aprilis, pontificatus prefati domini nostri domini Pauli divina providentia pape secundi anno primo *(= 1465 April 22); Lüneburg Uab folgt* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, decimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo (= *1465 Mai 23)*

## 14.

REVOCATIO LEGATORUM ET NUNTIORUM APOSTOLICORUM[a].

Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis patriarchis, archiepiscopis, episcopis[b] et aliis[c] prelatis ac personis necnon apostolice sedis nuntiis ac fructuum et proventuum[d] Camere[e] apostolice debitorum collectoribus de dispensando cum quibusvis[f] personis super matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito ac super natalium et etatis[g] defectibus et de incompatibilibus ecclesiasticis[h] beneficiis insimul retinendis[i] nec non de notariis publicis creandis ac alias a premissis[j] officia ipsorum[k] nuntiorum[l] et collectorum directe non concernentes, quoad omnia, in quibus facultates ipse non sunt sortite effectum, etiamsi nuntiis eisdem dicte sedis legatis de latere competens fuerit concessa potestas.

[a] Revocatio - apostolicorum *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Revocat quascumque facultates concessas quibuscumque personis super dispensationibus matrimoniorum ac defectibus natalium vel incompatibilium beneficiorum vel similium quoad omnia, que non sunt sortite effectum
[b] episcopis *fehlt Eichstätt 577, München 577, Würzburg 131, GW M29944*
[c] et aliis *fehlt GW M29935*
[d] fructuum et proventuum *München 260* fructibus et proventibus*;* proventuum *fehlt München 8482*
[e] camere *München 260, München 8482* tamen
[f] quibusvis *VL 12102* quibus suis*; Würzburg 131* quibuscumque ius
[g] etatis *München 260* clericorum
[h] ecclesiasticis *fehlt München 577*
[i] retinendis *VL 12102, Lucca 292* recipiendis
[j] a premissis *VL 12102, Lucca 292* ad premissa
[k] ipsorum *fehlt München 577*
[l] nuntiorum *PL 688* maiorum

## 15.

DE LITTERIS NUMERABILIBUS IN LITTERIS APPOSTOLICIS APPONENDIS[a].

Item, ut[b] in apostolicis litteris committendi[c] crimen falsi per amplius occasio tollatur[d], voluit[e], statuit et ordinavit, quod in antea dictiones numerales[f], que in dictis litteris ante kalendas, nonas[g] et idus immediate poni consueverunt, per litteras et sillabas extense[h] scribantur et ille ex[i] prefatis litteris, in[j] quibus huiusmodi dictiones aliter scripte fuerint, ad bullariam[k] non mittantur[l].

---

[a] De - apponendis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* De dictionibus numerandi in litteris apostolicis ponendis*; Sevilla 7* Mandat, quod d[ictiones] numerales ut k[alendas] et idus scilicet nom[inatim] ponantur per litter[as] et non per numeralium *(!)* etc.
[b] ut *fehlt VL 12102*
[c] committendi *PL 688* committendum
[d] occasio tollatur *PL 688* collator
[e] voluit *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[f] numerales *VL 12102* moniales
[g] nonas *VL 12102* novembris
[h] extense *VL 12102* correcte expresse*; Lucca 292* expresse
[i] ex *Firenze 64* etiam
[j] litteris in *fehlt PL 688*
[k] bullariam *VL 12102* bullam
[l] mittantur *Eichstätt 577, Würzburg 131* admittantur

**16.**

DE CONCURRENTIBUS IN DATIS IN VACANTIBUS ET VACATURIS QUIS PREFERRI DEBET[a].

Item voluit, quod de concurrentibus[b] super[c] vacantibus seu certo modo vacaturis beneficiis illi[d], quibus gratie motu proprio conceduntur, ceteris simili[e] motu gratias[f] non habentibus, alias graduati non[g] graduatis et inter graduatos magis graduati ac[h] inter[i] equaliter graduatos prius graduati nec non colorato titulo possessores non possessoribus et inter personas alias[j] in curia presentes[k] ab ea[l] absentibus et inter presentes non beneficiati beneficiatis[m] et similiter inter absentes et ceteris[n] paribus[o] oriundus non oriundo et diocesanus non diocesano, in reliquis vero singuli[p], qui prius[q] desuper apostolicas litteras eorum[r] executoribus presentaverint, aliis in[s] ipsorum, de quibus agi[t] contigerit, beneficiorum assecutione preferantur.

---

[a] De - debet *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577 am linken Rand* De concurrentibus in datis quis preferatur *und am rechten Rand* De motu proprio*; Sevilla 7* Mandat, quod in vacantibus beneficiis, si duo vel plur[es] concurrunt [in] data, quod preferatur habens motu propri[o] aliis non habentibus etc.
[b] *PL 688 folgt* in data
[c] super *München 577* seu
[d] illi *Lucca 292* ille*; Bamberg 68, PL 688, Eichstätt 577, München 260, München 577, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945* illis
[e] simili *VL 12102, Würzburg 131* similis
[f] gratias *VL 12102* gratia

[g] graduati non *fehlt Eichstätt 577*
[h] ac *PL 688, München 8482* aut
[i] graduatos - inter *fehlt Bamberg 68, Eichstätt 577*
[j] alias *fehlt GW M29944*
[k] presentes *fehlt Eichstätt 577*
[l] ea *Eichstätt 577* eis
[m] beneficiatis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[n] ceteris *Firenze 64* ceterum
[o] ceteris paribus *VL 12102* ceres pares *(!)*
[p] singuli *fehlt PL 688; Würzburg 131* simpliciter
[q] qui prius *Firenze 64* quibus
[r] eorum *PL 688* coram
[s] in *fehlt PL 688*
[t] agi *PL 688, München 8482* agere

## 17.

DE NON TOLLENDO IUS QUESITUM IN COMMISSIONIBUS PER QUAMCUMQUE CONCESSIONEM[a].

Item, ne[b] per[c] varias, que pro[d] commissionibus habendis[e] in causis plerumque fiunt[f], suggestiones iustitia postponatur, idem dominus noster decrevit ac declaravit sue intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam seu[g] concessionem[h] pro commissionibus[i] huiusmodi per sanctitatem suam vel[j] eius mandato faciendam nulli[k] ius sibi quesitum quomodolibet tollatur.

[a] De - concessionem *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* Quod non tollatur ius per quamcumque signaturam*; Sevilla 7* Mandat, quod per quamc[umque] signaturam pro co[mmissionibus] tollatur ius ab eo quesitum quomodol[ibet]. Pondera h(o)c verbum
[b] ne *VL 12102* non
[c] per *fehlt München 577; Sevilla 7* pre
[d] pro *Firenze 64* per
[e] habendis *fehlt Firenze 64; Würzburg 131* habendas
[f] fiunt *PL 688, Eichstätt 577* fuerit*; München 260* fuerunt
[g] *München 8482 folgt* commissi
[h] concessionem *PL 688* commissionem
[i] commissionibus *München 8482* concessionibus
[j] *Lucca 292, GW M29935, GW M29944 folgt* de
[k] nulli *VL 12102* nullum

## 18.

DE ETATE ILLORUM, QUI OBTINERE POSSUNT PREBENDAS IN CATHEDRALIBUS ET COLLEGIATIS ECCLESIIS[a].

Item, quod provisiones[b] aut concessiones vel mandata de providendo de cathedralium ecclesiarum[c] canonicatibus et prebendis, que pro quibusvis personis, si quartumdecimum[d] sue etatis annum non compleverint, quomodolibet[e] emanaverint, nisi eis, quod illos[f] in minori etate recipere possint, per sedem apostolicam specialiter concessum fuerit, et quecumque impetrationes de canonicatibus et prebendis in collegiatis ecclesiis, si[g] impe-

trantes minores decem[h] annis fuerint et de hoc in impetrationibus huiusmodi expressa mentio[i] non fiat, nullius sint roboris vel momenti et habeantur prorsus[j] pro infectis.

[a] De - ecclesiis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Mandat, quod provisiones vel mandata de providendo super prebendis vel canonicatibus ecclesiarum cathedralium non valeant, si obtenta sunt pro minoribus XIIII annis vel in collegiatis X annis
[b] provisiones *Würzburg 131(a)* promissiones
[c] ecclesiarum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[d] quartumdecimum *Bamberg 68, München 577, München 8482*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* XIIII
[e] *Würzburg 131(b) folgt* actione innodaverit
[f] illos *fehlt PL 688*, *VL 12102; München 8482* illas
[g] si *Eichstätt 577* etiamsi
[h] decem *Bamberg 68, PL 688*, *München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* X
[i] *VL 12102 folgt* facta et
[j] prorsus *fehlt München 8482; Würzburg 131(b)* omnino

## 19.

DE IMPETRATIONE BENEFICIORUM RESIGNATORUM PER INFIRMOS DECEDENTES INFRA XX DIES[a].

Item voluit, quod, si quis[b] in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis[c] et postea infra XX[d] dies de ipsa infirmitate[e] decesserit ac[f] ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit ipsumque beneficium nihilominus per obitum vacare censeatur[g].

[a] De - dies *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Mandat, quod, si constitutus in infirmitate renuntiat quocumque beneficio, si decesserit infra XX dies de eadem infirmitate, quod censetur vacare per mortem beneficium illud
[b] si quis *fehlt München 14700*
[c] permutationis *VL 12102* per munerationes
[d] XX *PL 688, Würzburg 131* viginti*; München 8482* 20
[e] de ipsa infirmitate *fehlt München 14700*
[f] ac *München 14700* ut
[g] *Würzburg 131 folgt* etc. Ordinarius habet dispensare ceteris partibus

## 20.

QUOD ILLE, CUI CONCEDITUR PAROCHIALIS ECCLESIA, SCIAT IDIOMA PATRIE[a].

Item voluit, quod, si contingat ipsum alicui persone de parochiali ecclesia providere seu mandare provideri vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat et intelligibiliter loquatur idioma[b] loci, ubi ecclesia huiusmodi consistit, provisio seu mandatum et gratia desuper quoad parochialem ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

[a] Quod - patrie *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* [Si] papa provideat [quando]cumque alicui de parochiali ecclesia non intelligenti idioma illius loci, ubi ecclesia est sita, nihil valet provisio
[b] idioma *VL 12102* idonea

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 21.

DE IMPETRANTE[a] BENEFICIUM VIVENTIS[b].

Item[c], si quis supplicaverit sibi de beneficio quocumque tamquam per obitum alicuius licet tunc viventis vacante provideri[d] et postea per obitum eius vacet, provisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda[e] nullius sit roboris vel momenti[f].

---

[a] impetrante *PL 688, GW M29936* impetratione
[b] De - viventis *Bamberg 68, München 577, GW M29935, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Impetratio beneficiorum vaca[torum] per mortem viventis care[at] impetrationis causa
[c] *VL 12102 folgt* voluit et mandavit quod*; Lucca 292 folgt* voluit quod
[d] *München 577, GW M29944-M29945 folgt* et super signatura inde secuta litteras confici fecerit
[e] denuo facienda *fehlt München 8482*
[f] *PL 688 folgt* et inhabiliter sequitur*; VL 12102, Lucca 292, München 577, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29935, GW M29944 folgt* et habilitetur

## 22.

DE VALORE BENEFICIORUM EXPRIMENDO IN UNIONIBUS, ANNEXIONIBUS ET INCORPORATIONIBUS[a].

Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum valorem secundum communem extimationem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri petitur, alioquin[b] unio non valeat. Et semper[c] in unionibus commissio fiat[d] ad partes vocatis[e], quorum interest. Idem voluit[f] observari in confirmationibus[g] unionum factarum.

---

[a] De - incorporationibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Petens beneficia uniri debet exprimere certum valorem secundum communem extimationem, al[ias non]
[b] alioquin *PL 688* aliquando*; München 8482* aliorum
[c] semper *fehlt München 260*
[d] fiat *fehlt VL 12102*
[e] *VL 12102 folgt* vocandis
[f] Idem voluit *VL 12102* Ideo noluit
[g] confirmationibus *Firenze 64* constitutionibus

## 23.

DE MENDICANTIBUS TRANSFERENDIS[a].

Item de mendicantibus, qui ad alios ordines transierint[b] pro tempore, voluit constitutionem felicis recordationis Martini pape V[c] predecessoris sui desuper factam[1] et in libro Cancellarie scriptam firmiter observari.

---

[1] = *Martin V. ME 53.*

---

[a] De - transferendis *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* De mendicantibus transeunt[ibus] ad alias ordines

[b] transierint *VL 12102, Lucca 292* transferunt
[c] pape V *fehlt VL 12102;* V *Bamberg 68, PL 688*, *Eichstätt 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* quinti

## 24.

DE VALORE LIBRARUM TURONENSIUM ET FLORENORUM AURI DE CAMERA[a].

Item declaravit idem dominus noster, quod libra[b] Turonensium parvorum et florenus[c] auri de Camera pro[d] equali valore in concernentibus[e] litteras et[f] Cameram apostolicas[g] computari et extimari[h] debeant.

[a] De - camera *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Libra Turonensium et florenus de camera equantur quo[ad] concernentia litteras et Cameram apostolicas
[b] libra *VL 12102, Eichstätt 577, Würzburg 131* libre*; München 260, Sevilla 7* librarum
[c] florenus *PL 688, VL 12102, München 260, Sevilla 7, Würzburg 131* florenorum
[d] pro *fehlt PL 688*
[e] concernentibus *VL 12102, Lucca 292* concurrentibus
[f] litteras et *VL 12102* libras alias litteras per
[g] apostolicas *VL 12102, Eichstätt 577, München 8482* apostolicam
[h] extimari *Würzburg 131* exterminari

## 25.

DE COLLATIONIBUS ET PROVISIONIBUS FACTIS PER PROMOVENDOS[a].

Item prefatus dominus noster papa voluit, decrevit et ordinavit, quod quecumque concessionum[b] gratie et mandata, etiam[c] motu proprio et cum derogatione[d] huiusmodi[e] constitutionis, que[f] ab eo pro quibuscumque personis emanaverint, de providendo eis de quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque ad[g] ecclesiarum et monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones et[h] mandata diem promotionis[i] promovendorum ipsorum precesserint, nec non quascumque collationes et provisiones pro tempore faciendas de premissis[j] ac quibusvis aliis ecclesiasticis beneficiis secularibus et regularibus, que per promovendos vel assumendos ad quascumque prelaturas inter[k] illarum vacationum[l] et huiusmodi promotionum vel assumptionum tempora[m] simpliciter vel ex causa permutationis ubicumque resignari vel alias dimitti contigerit, cum inde[n] secutis pro tempore[o] sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti.

[a] De - promovendos *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* De vacantibus per promotionem*; Lucca 292* Non impetrant beneficia promovendorum*; Sevilla 7* Cassat gratias concedendas vel mandata, etiam motu proprio, per promotionem et cum dero[gatione] alicui, ut provideatur de beneficiis vacantibus per promotio[nem] alterius. Item cassat resig[nationes] etiam ex causa permutationis facte d[e] promovendis ad alie se[dis] prelaturas inter tempus vaca[tionis] ipsarum et tempus promotionis
[b] concessionum *Bamberg 68* concessionem*; VL 12102, Lucca 292* concessiones

[c] etiam *München 260* eius
[d] derogatione *Eichstätt 577, Würzburg 131* clausula derogationis
[e] *München 260 folgt* regule
[f] que *fehlt München 577; VL 12102* quod
[g] ad *fehlt VL 12102; Würzburg 131* ac
[h] et *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*
[i] promotionis *Eichstätt 577* provisionis*; Würzburg 131 folgt* provisionis
[j] premissis *PL 688*, *VL 12102* promissis
[k] inter *VL 12102, Lucca 292* iure
[l] vacationums *GW M29944* vocationum
[m] tempora *fehlt München 260; PL 688* ipsa*; VL 12102* tempore*; Eichstätt 577, Würzburg 131* etiam
[n] inde *PL 688* in certe
[o] tempore *VL 12102* emptor *(!)*

## 26.

QUOD NON IUDICETUR IUXTA SIGNATURAM SUPPLICATIONUM, SED LITTERAS DESUPER EXPEDITAS[a].

Item voluit[b], statuit et ordinavit idem dominus noster, quod iudices in Romana curia deputati pro tempore[c], etiamsi sint sancte Romane ecclesie cardinales, causarum Palatii apostolici auditores vel alii quicumque, non iuxta supplicationum[d] signaturas[e] super quibusvis impetrationibus vel concessionibus[f], nisi sint commissiones iustitiam continentes per „Placet“ vel per sancte Romane ecclesie vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signate[g], sed iuxta[h] litterarum super eisdem[i] impetrationibus et concessionibus[j] confectarum tenores[k] et formas[l] iudicare debent et, si littere ipse[m] minus bene per preoccupationem[n] vel alias expedite[o] reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam ad[p] apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius officiales, quibus huiusmodi tenores et formas[q] perstringere[r] convenit, ad formas debitas[s] reducende[t].

[a] Quod - expeditas *Bamberg 68, München 8482, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Mandat, quod nullus iudex in curia debeat iudicare secundum tenores signaturarum supplicationum, sed iuxta formas litterarum super eis confectarum. Item, quod littere minus bene confecte vel bulle mittantur ad Cancellariam corrigende ad instantiam partis*, und am Rand zu* „formas“ Per istam regulam fundatur, quod nullus tenetur solvere pensionem, nisi bullis expeditis, quia supplicatio non facit fidem. Sed sis cautus, quod facias tibi fieri unum instrumentum ad partem de eadem pensione tibi debita
[b] voluit *fehlt München 577, GW M29935, GW M29944-M29945*
[c] tempore *Eichstätt 577* parte
[d] supplicationum *PL 688* supplicationem
[e] signaturas *Bamberg 68, Eichstätt 577, Firenze 64, München 260, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29936, GW M29947* signatarum*; PL 688* signaturarum
[f] concessionibus *VL 12102* conceptionibus
[g] signate *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[h] iuxta *fehlt Firenze 64*
[i] super eisdem *fehlt VL 12102*
[j] concessionibus *Bamberg 68* confectionibus
[k] tenores *fehlt Eichstätt 577*
[l] confectarum tenores et formas *VL 12102* cum factarum in forma
[m] ipse *fehlt Würzburg 131*
[n] debent - preoccupationem *fehlt VL 12102;* preoccupationem *Bamberg 68, GW M29935, GW M29944-M29945* occupationem

[o] expedite *VL 12102* expedire
[p] ad *fehlt VL 12102*
[q] et formas *fehlt PL 688*
[r] perstringere *fehlt München 260; GW M29935, GW M29944* prestringere
[s] debitas *fehlt GW M29936, GW M29944-M29945*
[t] reducende *fehlt München 577*

## 27.

De expediendis regulis ex Cancellaria[a].

Item attendens idem[b] dominus noster, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis et constitutionibus[c] inibi[d] descriptis faciliter per illos, qui in Romana curia indiguerint[e], ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest[f], nec consultum foret, quod[g] super earundem regularum et constitutionum[h], quas iuxta occurrentium varietatem[i] causarum et[j] negotiorum aliquotiens mutari[k] convenit, probando tenore vel[l] effectu[m] testium plerumque tenacem[n] desuper memoriam non habentium depositionibus[o] stari[p] deberet, voluit, statuit et ordinavit, quod deinceps quilibet[q] ex auditoribus causarum Palatii apostolici et aliis[r], etiamsi[s] sancte Romane ecclesie cardinales sint, in ipsa[t] curia[u] pro[v] tempore deputatis[w] auctoritate apostolica iudicibus etiam[x] in causis[y] actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu[z] probando dumtaxat stet fidemque adhibeat cedule sive scripture desuper a duobus de maiori parco[aa], quod[bb] danda[cc] sit a tergo signate, et etiam[dd] duobus aliis litterarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auscultate et domini vicecancellarii seu dictam[ee] Cancellariam regentis manu subscripte[ff], ut est moris. Quidquid[gg] autem[hh] secus fieri contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

[a] De - Cancellaria *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; PL 688* De expediendis regulis in Cancellaria apostolica*; Sevilla 7* Mandat, quod omnis iudex cause stet cedule duorum abbreviatorum de parco maiori et subscripte a vicecancellario super tenore cuiuscumque regule Cancellarie, alias non
[b] idem *VL 12102* quod
[c] constitutionibus *PL 688* confectionibus*; Eichstätt 577, Würzburg 131* commissionibus*; Sevilla 7* consuetudinibus
[d] inibi *VL 12102* et ibi
[e] indignerint *VL 12102, Lucca 292* indegentia
[f] potest *PL 688, Eichstätt 577, Firenze 64, München 577, Würzburg 131* potuit
[g] quod *GW M29945* que
[h] regularum et constitutionum *VL 12102* regulas et constitutiones
[i] varietatem *PL 688* varietatum
[j] constitutionum - et *fehlt Bamberg 68*
[k] mutari *Bamberg 68, PL 688, Würzburg 131, GW M29935, GW M29945, GW M29947* imitari*; Eichstätt 577, München 8482, Sevilla 7* immutari*; VL 12102* mutare*; Lucca 292* imitare
[l] vel *Firenze 64* et
[m] effectu *PL 688, München 577* affectu
[n] tenacem *PL 688* tenorem
[o] depositionibus *PL 688, Eichstätt 577, Firenze 64, München 577* dispositionibus*; München 577* deoponibus *(!)*

[p] stari *VL 12102, Lucca 292* stare
[q] quilibet *Eichstätt 577* qualiter
[r] aliis *VL 12102, Firenze 64, Lucca 292, München 260* alii
[s] etiam si *PL 688* etc. si
[t] *München 577, GW M29935, GW M29944-M29945 folgt* Romana
[u] curia *Eichstätt 577* camera
[v] pro *fehlt VL 12102*
[w] deputatis *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* deputati
[x] etiam *GW M29935, GW M29944-M29945* etiamsi
[y] in causis *fehlt München 260*
[z] effectu *PL 688, München 577, GW M29947* affectu
[aa] parco *München 8482* parca
[bb] quod *fehlt Eichstätt 577; München 577* que
[cc] de maiori - danda *PL 688* vel maiori parca quod dando*;* danda *Würzburg 131* data
[dd] *München 577, GW M29944-M29945 folgt* a
[ee] dictam *fehlt Firenze 64*
[ff] seu Cancellariam - subscripte *fehlt Eichstätt 577*
[gg] quidquid *Firenze 64* quidquam
[hh] autem *Eichstätt 577* aut*; VL 12102* ante

## 28.

Item voluit et ordinavit, quod[b], quando providet seu mandat alicui provideri de beneficio ecclesiastico vacante, tunc dari[c] poterunt[d] clausule, si petantur[e], „Etiamsi[f] illud quovis modo etc. seu per[g] constitutionem ‚Execrabilis[1]' vacet ac[h] specialiter reservatum", „Inter alios litigiosum sit" et[i] „Eius collatio devoluta fuerit" et, si pro collitigante vel surrogationem aut „Si neutri" vel „Si[j] nulli[k]" etc.[l] petente sit[m], tunc lis specifice exprimatur[n] nec detur aliqua generalis reservatio dispositive, nisi desuper in concessione specialis et expressa ac pure et non sub conditione mentio fiat, et tunc relique[o] reservationes inibi contente veniant. Si vero tempore expeditionis inde litterarum generalis reservatio huiusmodi probari[p] non possit, nisi in novis provisionibus aut pro collitigantibus „Si neutri" vel „Si nulli"[q] etc. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur illum, cuius beneficium conceditur, collectorem, subcollectorem, abbreviatorem vel familiarem etc.[r] fuisse, clausula ponatur „Etiamsi dictum beneficium ex eo, quod talis collector, subcollector[s], abbreviator vel familiaris etc.[t] fuit, dispositioni[u] apostolice generaliter[v] reservatum existat, dummodo in eo non sit alicui specialiter ius[w] quesitum". In reliquis[x] vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis[y] elici[z] possit, nisi[aa] desuper signatura per duplex „Fiat" signata[bb] sit aut per reformationem[cc] vel alias specialiter habeatur.

---

[1] = *Johannes XXII.* Nr. 67B.

---

[a] De - vacantium *Bamberg 68, München 8482, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* [Si] dominus papa providet alicui de beneficio vacante, debet ibi poni clausula, si petatur, „Etiamsi quovis modo vacat [s]eu per constitutionem 'Execrabilis' [gener]aliter aut specialiter reservatum", „Inter alios litigiosum" [s]it „Et cuius collatio devoluta fuerit", et etiamsi, si petatur, per collitigantem surrogatio vel gratia „Si neutri", tunc lis debet exprimi specifice, et abbreviatores non debunt dare reservationem generalem [...] nec dispositive, nisi in [con]cession(e) propterea [s]pecialis mentio fiat, et tunc alie ibi contente venient. Tamen tempore expeditionis litterarum [d]ebet probari ista reser(vati)o, alias ponatur clausula in novis provisionibus „Etiamsi dictum beneficium ex eo, quod tal(is) collator *(!)* est, reservatum [e]xistat et hoc quovis modo exprimitur in supplicatione, quod ab aliquibus asseritur alias. In aliis vero debet poni clausula, per quam generalis reservatio elici possit, nisi in signatura sit duplex „Fiat" vel per reformationem etc. *und zu* Si vero *mit Verweiszeichen* Sub conditione aut „Si neutri" etc. petitum sit, tunc non specifice exprimatur neque detur aliqua generalis reservatio dispositive, nisi desuper in concessione specialis et expressa ac pure et non sub conditione mentio fiat, et tunc relique reservationes inibi concesse veniant

[b] quod *fehlt PL 688, VL 12102, Lucca 292, München 577*
[c] dari *Würzburg 131, GW M29944-M29945* dare
[d] poterunt *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* potuerunt*; VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292* poterint*; Würzburg 131* peterunt
[e] *München 8482 folgt* ipse
[f] Etiamsi *PL 688* Etiam ipse si
[g] etc. seu per *VL 12102* et se nuper
[h] ac *PL 688, Eichstätt 577, München 577, München 8482, Würzburg 131, GW M29944* aut
[i] et *München 8482* ut*; Würzburg 131* aut
[j] Si *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[k] Si nulli *München 577* simul
[l] etc. *fehlt Sevilla 7; VL 12102* etiam
[m] sit *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* si
[n] exprimatur *GW M29944-M29945* imprimatur
[o] relique *München 577* alique
[p] probari *fehlt PL 688; GW M29944-M29945* procari
[q] vel si nulli *fehlt Sevilla 7*
[r] collectorem - etc. *VL 12102, Lucca 292* collectorie, subcollectorie, abbreviatorie vel familiarie etiam
[s] collector, subcollector *PL 688* collator, subcollator
[t] etc. *VL 12102, Lucca 292* etiam
[u] dispositioni *München 260* dispensationi
[v] generaliter *fehlt München 577*
[w] ius *fehlt Eichstätt 577*
[x] reliquis *VL 12102* rebus
[y] *Würzburg 131 folgt* aut specialis reservatio
[z] elici *München 577* dici
[aa] nisi *PL 688* ubi
[bb] signata *GW M29935, GW M29944-M29945* signatura
[cc] reformationem *Bamberg 68, München 577, München 8482, Sevilla 7, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* reservationem*; PL 688* resignationem*; Würzburg 131 folgt* alias reservationem

## 65.

### De qualitate beneficiorum exprimenda in impetrationibus[a].

Item voluit, quod[b] super beneficiis ecclesiasticis de qualitatibus illorum videlicet, an dignitates, personatus vel officia sint eisque cura immineat animarum et ad illa consueverint[c] qui per electionem assumi[d], mentio fiat, alias gratie desuper facte sint nulle et, si[e] qualitates huiusmodi affirmative seu conditionaliter non[f] exprimantur, negativa[g] desuper expressio fiat[h] in beneficiis, que tales[i] qualitates vel ex eis aliquas consueverunt habere.

[a] De - impetrationibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Si in gratia impetrata non fiat mentio de qualitate beneficii impetrati, an sit dignitas etc., an sit electivum, non venit gratia, et si non exprimatur affirmative vel conditionaliter, tunc abbreviatores debunt ponere mentionem talis qualitatis „Dummodo personatus vel dignitas aut electivum non sit“ etc.
[b] quod *fehlt VL 12102*
[c] consueverint *GW M29936* consuerint *(!)*
[d] assumi *VL 12102* ad sententiam
[e] si *fehlt Würzburg 131*
[f] non *fehlt VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292*
[g] negativa *VL 12102* verba
[h] fiat *fehlt München 577*
[i] tales *fehlt PL 688*

## 66.

DE RESERVATIONE BENEFICIORUM PER CONTRACTUM MATRIMONII[a].

Item, si[b] reservetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro nec[c] censeatur beneficium reservatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimonium. Sed[d] in beneficiis per promotionem vel assecutionem vacaturis ponatur[e] clausula „Cum beneficia[f] huiusmodi premisso[g] vel alio quovis modo etc. preterquam[h] per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacent[i]".

[a] De - matrimonii *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; PL 688* De modis vacationum dandis*; Sevilla 7* Quando beneficium reservatur per contractum matrimonii, tunc non debent dari alii modi vac[ationis] neque censeatur reservatum vel affectum, nisi se[quatur] matrimonium, sed in beneficiis vacaturis per pro[motio]nem debet poni c[lausula] „Vel alio quovis m[odo] preterquam per obitum obtinentis" etc.
[b] si *fehlt Eichstätt 577; Würzburg 131* nisi
[c] nec *VL 12102, Lucca 292* nisi*; München 260* ne
[d] sed *PL 688* si
[e] matrimonium - ponatur *fehlt München 577*
[f] beneficia *PL 688, Sevilla 7* beneficio
[g] premisso *VL 12102* promisso
[h] preterquam *Eichstätt 577* propterquam*; München 8482 Lücke*
[i] etiamsi vacent *fehlt München 260; Firenze 64 folgt* etc.

## 67.

DE RELIGIOSIS RECIPIENDIS QUE CLAUSULE DENTUR[a].

Item voluit, quod, si[b] petatur aliquem[c] in[d] religiosum recipi[e] ac sibi de quovis ecclesiastico beneficio provideri, per simplicem signaturam „Fiat" receptio huiusmodi dumtaxat detur; adiecto „Si[f] petens sit idoneus vel aliud canonicum non obsistat" et exprimatur, si[g] certus numerus regularium[h] sit ibidem, cui[i] etiam[j] non derogetur, nisi expresse concedatur, et, si numerus ipse non existat, ponatur „Dummodo locus receptionis huiusmodi nimium propterea non gravetur".

[a] De - dentur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Si in supplicatione pe[tit] aliquis rec[ipi] in religiosum ac sibi de ecclesiastico beneficio provideri m[andat], per simplicem signatu[ram] „Fiat" debet [...] eidem concedi sola recep[tio]; adiecto „Si pete[ns] sit idoneus vel [aliud] canonicum non obsi[stat]" et si certus numerus sit in eodem mo[nasterio] regularium, non [debet] derogari, nisi [expresse] concedatur, et si non, debet poni clausula „Dummodo locus receptionis nimium non gravetur"
[b] si *fehlt Eichstätt 577*
[c] aliquem *fehlt Eichstätt 577*
[d] in *fehlt VL 12102, Würzburg 131*
[e] recipi *Sevilla 7* suscipi
[f] si *Firenze 64* sit
[g] si *fehlt Würzburg 131*
[h] regularium *VL 12102* regulariter

[i] cui *VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292* cum
[j] etiam *PL 688* ecclesie

## 68.

DE TRANSLATIONE REGULARIUM ET IMPETRATIONE BENEFICIORUM[a].

Item, si[b] regularis petat sibi de[c] beneficio[d] ab aliquo[e] monasterio vel alio loco regulari dependente[f] provideri et appareat ex huiusmodi petitione, quod alterius monasterii vel[g] loci religiosus sit, licet[h] inibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat[i].

[a] De - beneficiorum *Bamberg 68, PL 688, München 8482, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Quando unus re[gularis] petit sibi provi[deri] in alio loco, q[uod] ipse sit, tunc, si consedatur *(!)* [...] translatio, etiamsi non sit petita
[b] si *fehlt VL 12102*
[c] sibi de *fehlt PL 688*
[d] beneficio *München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* beneficiis
[e] ab aliquo *fehlt VL 12102*
[f] dependente *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* dependentibus
[g] vel *GW M29944* nel *(!)*
[h] licet *fehlt München 577*
[i] veniat *Würzburg 131* valeat

## 69.

DE BENEFICIIS EXISTENTIBUS SUB CONSTITUTIONE „EXECRABILIS“[a].

Item, quod[b] in litteris super beneficiis per constitutionem „Execrabilis[1]“ vacantibus[c] ponatur clausula „Si est ita[d]“; similiter[e] de quibuscumque narratis informationem[f] facti requirentibus.

[1] = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

[a] De - Execrabilis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; PL 688* De vacatione per constitutionem „Execrabilis“*; Sevilla 7* In litteris super bene[ficiis] vacantibus per constitutionem „Execrabilis“ debet p[oni] clausula „Si est ita“ et in aliis requirenti[bus] informationem
[b] quod *VL 12102* qui
[c] vacantibus *fehlt PL 688*
[d] ita *fehlt München 260*
[e] similiter *PL 688* sibi*; VL 12102* si mulier
[f] *Firenze 64* informaviatis

## 70.

DE LITTERIS VACANTIUM AUT VACATURORUM[a].

Item petenti sibi provideri de[b] vacaturo dentur littere[c] de vacante et e converso, prout expedierit[d] impetranti.

[a] De - vacaturorum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Petenti sibi provideri de beneficio vacaturo detur tunc aditum de vacante vel e converso
[b] *VL 12102, Würzburg 131 folgt* beneficio
[c] littere *fehlt Firenze 64*
[d] e - expedierit *PL 688* expediri*;* expedierit *München 8482* impedierit

**71.**

DE SEQUESTRIS COMMISSIONIBUS ET EXECUTORIALIBUS LITTERIS SUB PLUMBO EXPEDIENDIS[a].

Item voluit[b] et ordinavit, quod mandata apostolica super fructibus sequestrandis et remissionibus[c] ad partes pro meritis causarum[d] recipiendis, sive singulares[e] sive communes fuerint, nec non[f] super exequendis sententiis in Romana curia latis sub bulla expediantur, alias nulla[g] sint.

[a] De - expediendis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; PL 688* De sequestris et executoribus *(!)* sub plumbo expediendis*; München 577* De expediendis litteris ad partes super commissionibus*; Sevilla 7* Mandata quecumque apostolica sive etiam super remissionibus ad partes debunt expediri super bulla, alias nulla sint
[b] *GW M29944-M29945 folgt* statuit
[c] remissionibus *München 577* commissionibus
[d] causarum *PL 688* earum
[e] singulares *PL 688* singulorum
[f] non *fehlt VL 12102*
[g] nulla *Bamberg 68, PL 688*, *München 577, Würzburg 131*, *GW M29947* nulle

## De potestate vicecancellarii et Cancellariam apostolicam regentis[a]

[a] De - regentis *fehlt München 577;* Cancellariam - regentis *fehlt Würzburg 131*

**72.**

DE ABSOLUTIONE VIOLATORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM[a].

Primo[b], quod[c] possit committere absolutionem eorum[d], qui ignoranter in supplicationibus vel litteris aliquid scriberent, corrigerent vel delerent[e].

[a] De - apostolicarum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Vicecancellarius committit absolutionem illarum, qui ignoranter aliquod scribunt in supplicationibus vel litteris aut corrigunt vel delerent
[b] Primo *München 577, München 8482* Item primo
[c] Primo quod *PL 688* Item
[d] eorum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* illorum*; München 260* rerum
[e] delerent *PL 688* deberent

**73.**

DE CORRECTIONE[a].

Item, quod[b] possit corrigere nomina et cognomina personarum et beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

[a] De correctione *München 577; Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944, GW M29947* De correctoribus*; Sevilla 7* Possit corrigere nomina etc., dummodo de corpore constet
[b] quod *fehlt VL 12102*

**74.**

DE CAUSIS COMMITTENDIS[a].

Item, quod[b] possit omnes causas beneficiales, etiam non devolutas[c] committere in curia cum potestate citandi ad partes[d].

[a] De - committendis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944, GW M29947; München 577* De commissionibus*; Sevilla 7* Possit committere causas non devolutas in curia cum potestate citandi ad partes
[b] quod *fehlt VL 12102*
[c] devolutas *VL 12102, Lucca 292* deductas
[d] ad partes *fehlt VL 12102, Lucca 292*

**75.**

DE PROCESSIBUS APOSTOLICIS AGGRAVANDIS[a].

Item, quod processus auctoritate apostolica decretos aggravare possit cum invocatione auxilii[b] brachii secularis et sententias executioni demandari facere contra[c] intrusos et intrudendos per litteras apostolicas desuper conficiendas[d] et non alias[e].

[a] De - aggravandis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Vicecancellarius processus factos auctoritate sedis apostolice mandat exequendos cum invocatione brachii secularis
[b] auxilii *fehlt Bamberg 68, Eichstätt 577, Firenze 64, München 8482, Würzburg 131, GW M29936, GW M29947*
[c] *Bamberg 68, PL 688*, *Lucca 292, München 260, GW M29947 folgt* intra
[d] desuper conficiendas *fehlt München 577*
[e] et non alias *fehlt PL 688, VL 12102, Lucca 292*

**76.**

DE CONSERVATORIIS[a].

Item, quod[b] possit concedere quibusvis petentibus[c] conservatorias[d] ad triennium in forma.

[a] De conservatoriis *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] quod *fehlt Würzburg 131*
[c] quibusvis petentibus *VL 12102* quibus ius penitentibus*; München 577 folgt* indultum
[d] conservatorias *Eichstätt 577, Würzburg 131* conservationes

**77.**

DE INTERDICTIS[a].

Item quod[b] quibuslibet nobilibus personis petentibus indultum de celebrando et celebrari faciendo ante diem et in locis interdictis et per triennium reconciliari faciendo[c] ecclesias et cimiteria polluta in forma.

---

[a] De interdictis *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit concedere licentiam celebrandi ante diem et [in] locis interdictis et possit reconciliare ecclesiam polutam
[b] quod *fehlt Bamberg 68, PL 688, Eichstätt 577, Firenze 64, München 260, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29936, GW M29947*
[c] *GW M29945 folgt* ante diem et in locis interdictis ac per triennium reconciliari faciendo

**78.**

DE ALTARI PORTATILI[a].

Item dominis[b] terrarum et locorum nec non abbatibus et per[c] priores[d] gubernari solitorum[e] monasteriorum prioribus ac superioribus[f] prelatis ac magnorum principum consiliariis altare portatile in forma.

---

[a] De - portatili *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit concedere altare porta[tile] in forma dominis terrarum et a[liis] hic contentis
[b] dominis *fehlt Eichstätt 577; Bamberg 68, VL 12102, GW M29945* d(omi)n(u)s*; Würzburg 131* domini
[c] per *fehlt Eichstätt 577, München 8482; VL 12102* pro
[d] priores *München 8482* prioribus
[e] solitorum *VL 12102* solutorum
[f] superioribus *PL 688* subprioribus

**79.**

DE FRUCTIBUS IN ABSENTIA PERCIPIENDIS PER EUM CONCEDENDIS[a].

Item protonotariis ac litterarum[b] apostolicarum scriptoribus et, de quibus iuxta illorum sufficientiam et idoneitatem sibi videbitur, abbreviatoribus sua officia in Romana[c] curia pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus[d], etiamsi[e] alias eis tale indultum quavis auctoritate concessum[f] fuerit.

---

[a] De - concedendis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* Quibus possint dari littere de fructibus pro operandis*; Sevilla 7* Possit dare licentiam protonota[riis] et aliis hic contentis percipi[endi] fructus hic in curia, etiam illis, p[ro] quibus fuit alias indultum [in] preterito
[b] ac litterarum *VL 12102*, *Lucca 292* ecclesiarum
[c] *VL 12102 folgt* ecclesia vel
[d] fructibus *fehlt München 8482*
[e] etiamsi *GW M29936* si etiam *(!)*
[f] *Firenze 64 folgt* concessum

**80.**

De resignationibus per eum admittendis[a]

Item, quod[b] possit recipere et admittere resignationes beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet etiam generaliter vel specialiter reservatorum simpliciter vel ex causa permutationis et desuper supplicationes per[c] „Concessum“ signare[d] pro litteris apostolicis inde conficiendis, ut moris[e] est.

---

[a] De - admittendis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* De resignationibus in curia*; München 8482* Quod possit signare beneficia viventium per resignationem simpliciter vel causa permutationis*; Sevilla 7* Possit recipere resignationem qu[orum]cumque beneficiorum etiam reserva[torum] simpliciter vel ex causa perm[utationis] et desuper supplicationes per „Consessum“ signare pro litteris apostolicis inde conficiendis
[b] quod *fehlt VL 12102*
[c] per *Würzburg 131* pre
[d] signare *Würzburg 131* signature*; München 8482 folgt* et, quod quacumque impetrationum obstante, si beneficiorum per eos tunc obtentorum fructus etc. C librarum Turonensium parvorum secundem communem extimationem valorem annuum non excesserint, pro expressis *(Ms.* exsissis*)* habeantur, concedere
[e] moris *VL 12102* minor

## 81.

De novis provisionibus[a].

Item, quod possit signare supplicationes[b] duorum referendariorum[c] manibus signatas[d] de novis provisionibus, „Si neutri“ et surrogationibus[e] pro collitigantibus, in quibus non detur clausula „Generalem reservationem importans“.

---

[a] De - provisionibus *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* De novis provisionibus, „Si neutri“ etc. surrogantium
[b] *München 577 folgt* etiam
[c] duorum referendariorum *VL 12102* dominorum ferendariorum*;* referendariorum *PL 688* reverendorum
[d] signatas *PL 688* signatis
[e] surrogationibus *VL 12102, Lucca 292* surrogationis*; Eichstätt 577, Würzburg 131* surrogationum

## 82.

De beneficiis valorem centum florenorum auri non excedentibus[a].

Item, quod possit signare[b] supplicationes[c] duorum referendariorum[d] manibus signatas[e] de beneficiis ecclesiasticis vacantibus secularibus et regularibus[f] dispositioni apostolice generaliter non[g] reservatis[h], quorum cuiuslibet[i] valor centum[j] florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonensium parvorum seu totidem[k] in alia moneta[l] secundum communem extimationem non excedant.

---

[a] De - excedentibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit signare supplicationes signatas manibus duorum referendariorum de beneficiis non reservatis, quorum valor non exedat C florenos
[b] signare *VL 12102* signatio

[c] *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947 folgt* etiam
[d] referendariorum *VL 12102* beneficiorum referendorum
[e] signatas *PL 688* signatis
[f] et regularibus *fehlt VL 12102*
[g] non *fehlt München 8482*
[h] reservatis *Eichstätt 577* reservatas
[i] cuiuslibet *GW M29935, GW M29947* cuislibet *(!)*
[j] centum *München 577* C
[k] librarum - totidem *fehlt PL 688;* totidem *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* tantundem
[l] parvorum - moneta *fehlt VL 12102*

**83.**

DE DISPENSATIONE DE UBERIORI[a].

Item, quod possit signare supplicationes unius referendarii manu signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines[b] et ad duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compatientia[c], etiamsi canonicatus et prebende vel officia collegiatarum ecclesiarum fuerint[d].

[a] De - uberiori *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* De dispensatione super defectu natalium*; Sevilla 7* Possit signare supplicationes super de[fectu] natalium ad omnes sacros ordines et ad duo beneficia signatas manu unius refer[endarii]
[b] ad - ordines *fehlt Firenze 64*
[c] compatientia *PL 688* compatibilia
[d] et prebende - fuerint *fehlt VL 12102*

**84.**

DE DEFECTU ETATIS IN EXPECTATIVIS[a].

Item, quod in gratiis expectativis[b] concedere possit ad obtinenda beneficia, dignitates[c], personatus, administrationes[d] vel officia curata etatis defectum patientibus, qui XX[e] sue[f] etatis annum peregerint, et[g] de quibus sibi, quod alias ad hoc idonei sunt[h], fides facta[i] fuerit, quod huiusmodi eorum gratie ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel[j] officia valeant suumque sortiantur[k] effectum et quod illarum vigore, quamprimum ad etatem[l] legitimam pervenerint[m], huiusmodi beneficia, dignitates[n], personatus, administrationes vel officia[o] acceptare et de illis sibi[p] provideri facere ac ea recipere et[q] retinere valeant.

[a] De - expectativis *Bamberg 68, GW M29935, GW M29944-M29945, GW M29947; GW M29936* De effectu etatis in expectativis*; München 8482* Quod in expectativis gratiis concedere possit patientibus defectum etatis*; Sevilla 7* [Possi]t concedere licentiam [a]d obtinenda beneficia [cu]rata vel patientibus defectus [et]atis, dummodo habeant [X]X annos completos, et quod [pre]textu suarum gratiarum possint [a]cceptare talia beneficia etc.
[b] *PL 688 folgt* ius

[c] dignitates *GW M29945* dignitatus *(!)*
[d] *VL 12102, Lucca 292 folgt* beneficia curata
[e] XX *Bamberg 68, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 260, Würzburg 131, GW M29936, GW M29947* vicesimum*; München 577* XXI
[f] sue *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* suum
[g] et *fehlt Firenze 64*
[h] sunt *Eichstätt 577, München 260, München 577, Würzburg 131, GW M29935, GW M29944-M29945* sint
[i] facta *GW M29935, GW M29944-M29945* acta
[j] curata - officia *PL 688* ac*;* vel *Bamberg 68, VL 12102, Lucca 292, München 260, Sevilla 7, GW M29936, GW M29947* ac
[k] sortiantur *GW M29935, GW M29945* sartiantur
[l] etatem *fehlt München 577*
[m] pervenerint *GW M29944* pervenerit
[n] huiusmodi beneficia, dignitates *fehlt PL 688;* beneficia *fehlt VL 12102*
[o] valeant - officia *fehlt Eichstätt 577*
[p] sibi *fehlt Eichstätt 577*
[q] de illis - et *fehlt PL 688*

## 85.

De defectu etatis pro nobilibus et graduatis[a].

Item, quod in[b] expectativis pro nobilibus vel[c] graduatis saltem viginti[d] annos habentibus et ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura defectum[e] etatis patientibus et ad illa dispensationum supplicationes[f] signare possit de duobus annis.

---

[a] De - graduatis *Bamberg 68, GW M29935-M29936*, *GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit signare supplicationes dispensationum usque ad duos annos, et nobilis vel graduatus possit obtinere beneficium, canonicatum vel dignitates, etiamsi minor XX annis existat maior inde XX *(!)*
[b] quod in *fehlt VL 12102*
[c] vel *fehlt VL 12102; GW M29935, GW M29944-M29945* et
[d] viginti *Eichstätt 577, München 577, GW M29935, GW M29944* XX
[e] defectum *VL 12102* vel defectu
[f] supplicationes dispensationum *VL 12102* sub dispensatione supplicatam

## 86.

De reformationibus[a].

Item, quod[b] in[c] expectativis et de[d] beneficiis[e] generaliter vel specialiter non[f] reservatis[g] impetrationum quarumlibet reformationes[h] de non obstantiis et dispensationibus omissis[i] ac beneficiorum valoribus et qualitatibus nataliumque defectibus signare possit.

---

[a] De reformationibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit signare reformationes super beneficiis, expectativis, non reservatis, super non obstantibus et dispensationibus et beneficiorum collationibus, qualitatibus nataliumque defectibus
[b] quod *fehlt VL 12102*
[c] in *München 8482* de
[d] de *fehlt München 8482*
[e] de beneficiis *PL 688* deficiis *(!)*

[f] non *VL 12102* modo
[g] reservatis *München 577* reformatis
[h] reformationes *Würzburg 131* reservationes
[i] omissis *Eichstätt 577* emissis

## 87.

DE MAIORIBUS PREBENDIS GRADATIM ASCENDENTES SIVE PER OPTIONES[a].

Item, quod[b] sufficientibus et idoneis et de quibus, quod tales sint, ei facta fides extiterit, in expectativis signare possit ad maiores ecclesiarum prebendas, in quibus iuxta illarum[c] statuta et consuetudines de minoribus ad maiores gradatim fieri deberet[d] ascensus[e].

[a] De - optiones *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit in expectativis signare ad maiores prebendas ecclesiarum pro personis idoneis, ad quas prebendatis licet gradatim ascendere secundum statuta vel consuetudines ecclesiarum
[b] quod *fehlt VL 12102; Eichstätt 577, Würzburg 131 folgt* de*; München 260 folgt* in
[c] illarum *München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* illorum
[d] deberet *fehlt Firenze 64; Bamberg 68, GW M29947* debet
[e] ascensus *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Firenze 64, München 260, München 577, München 8482, Würzburg 131* assensus

## 88.

DE ARTATIS AD ORDINES[a].

Item, quod possit ad[b] ordines suscipiendos artatis[c] prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic[d] artati successive ad ipsos ordines[e] promoveantur.

Placet de omnibus, publicentur et describantur[f] in Cancellaria, P‹etrus›[g1].

Lecte et publicate[h] fuerunt supradicte regule, Rome[i] in Cancellaria apostolica[j], die iovis[k] vicesima[l] mensis[m] septembris[n] millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[o], indictione duodecima[p], pontificatus sanctissimi[q] domini nostri domini Pauli divina providentia[r] pape II[s] anno primo[2], G‹regorius› de Puteo[3], et[t] in Audientia contradictarum, die quinta[u] octobris, anni et pontificatus predictorum[v4].

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1464 September 20*.
[3] *Gregorius de Puteo*.
[4] *1464 Oktober 5*.

[a] De - ordines *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Possit prorogare terminum ad o[rdines] suscipiendos a[rtatis] aliquibus usque ad p[roxima] statuta a iur[e], in quibus successive ad ipsos ordin[es] promoveantur
[b] ad *fehlt PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Firenze 64, Lucca 292, München 260, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131*

[c] artatis *fehlt Eichstätt 577; München 577, Würzburg 131* artatos
[d] sic *fehlt VL 12102*
[e] ordines *fehlt VL 12102*
[f] describantur *Sevilla 7* publicibus
[g] Placet - Petrus *Sevilla 7*
[h] et publicate *fehlt VL 12102*
[i] supradicte - Rome *fehlt München 577*
[j] et publicate - apostolica *fehlt Bamberg 68, GW M29936, GW M29947;* fuerunt - apostolica *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945;* apostolica *fehlt München 577*
[k] iovis *GW M29935, GW M29944-M29945* vero
[l] vicesima *München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* XX
[m] mensis *fehlt München 577*
[n] *PL 688, Eichstätt 577, Würzburg 131 folgt* anno domini*; München 8482 folgt* anno
[o] millesimo - quarto *PL 688, Firenze 64, München 260, München 577, München 8482, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* MCCCCLXIIII*;* quadringentesimo - quarto *Würzburg 131* CCCCLXIIII*;* quarto *Bamberg 68, GW M29947* nono*; GW M29936* IX
[p] indictione duodecima *fehlt Eichstätt 577, Würzburg 131, GW M29935, GW M29944-M29945;* duodecima *PL 688, München 577, München 8482, Sevilla 7* XII*; Firenze 64* 12
[q] *PL 688 folgt* patris et
[r] divina providentia *fehlt München 260, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131*
[s] sanctissimi - II *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* nostri*; München 577* sui*;* II *PL 688, VL 12102, Lucca 292* 2*; Eichstätt 577, München 8482, Würzburg 131* secundi
[t] Gregorius - et *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* et publicate*;* et *München 260* etc. lecte*; München 8482* Lecta
[u] quinta *Bamberg 68, München 577, GW M29936, GW M29947* V*; München 260*, *München 8482 folgt* mensis
[v] Gregorius - predictorum *fehlt VL 12102, Lucca 292, Eichstätt 577, Sevilla 7, Würzburg 131, GW M29935, GW M29944-M29945; PL 688* sui pontificatus*;* anni - predictorum *München 260* sanctissimi domini nostri pape Pauli secundi anno primo, N. *(!) [= Marinus de Ursinis]* auditor*; München 8482* anno domini MCCCCLXIIII, indictione XII, domini Pauli pape secundi anno primo etc., G‹regorius› de Puteo*;* predictorum *München 577* predictis

## 89.

CASSATIO CONSTITUTIONIS PII II SUPER MEDIETATEM FRUCTUUM BENEFICIIS EDITE ET FACULTAS TESTANDI CONCEDITUR[a].

Sanctissimus[b] in Christo pater et[c] dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[d] provide[e] considerans iuxta sententiam[f] legislatoris nihil esse[g], quod magis[h] hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis liber sit stilus, volens etiam[i] ecclesiarum indemnitatibus providere et universos prelatos[j] et alias ecclesiasticas personas tam in curia quam extra degentes favore prosequi gratioso quandam[k] constitutionem[1] per felicis recordationis[l] Pium papam II[m] predecessorem suum editam, per quam pro necessitate[n] expeditionis contra Turcos omnia et singula bona[o] quorumcumque prelatorum atque aliarum ecclesiasticarum personarum secularium et regularium ex[p] ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis provenientia deductis honestis sumptibus funeris et moderata gratitudine familiarium[q] dicta expeditione durante ubilibet ab intestato decedentium pro[r] stipendiis dic-

[1] = *Pius II. Nr. 174.*

te profectionis[s] sedi apostolice reservaverat et ad Cameram apostolicam pervenire decreverat nec non[t] quartam partem bonorum eorundem prelatorum et ecclesiasticarum personarum, qui[u] licentiam testandi habuissent, quomodocumque testarentur, operi predicto[v] et in[w] subsidium expeditionis applicaverat, licet pro[x] urgenti[y] neccessitate rei publice christiane et in subsidium periclitantis fidei edita fuerit, quia[z] tamen scandalum apud multos[aa] generare dicitur[bb], ex certa scientia cassat, revocat et annullat. Insuper statuit et decrevit bona intestatorum illis[cc] ecclesiis[dd], monasteriis et personis, ad quas vel ad que de iure[ee], consuetudine vel privilegio pertinent, devolvi et applicari debere, prelatos vero et alias ecclesiasticas personas predictas[ff] de patrimonialibus aut adventiciis aut ex industria acquisitis et[gg], que ad eos non habito respectu ad ecclesiam pervenerunt[hh], secundum iuris communis[ii] dispositionem libere et licite posse disponere atque testari, de bonis vero per ecclesiam acquisitis nemini licere, nisi specialem facultatem testandi a sua sanctitate impetraverint, quod, si temere et licentia huiusmodi minime[jj] obtenta testati fuerint, bona huiusmodi[kk] pro medietate ecclesiis, per quas acquisita sunt, pro alia[ll] medietate Camere apostolice ad subsidium sancte expeditionis huiusmodi devolvantur.

Placet, publicetur et describatur[mm] in Cancellaria, P‹etrus›[nn2].

Lecta et publicata fuit[oo] suprascripta revocatio, Rome[pp] in Cancellaria apostolica, die sexta[qq3], et in Audientia contradictarum, die octava[rr] mensis novembris anno incarnationis dominice[ss] MCCCCLXIIII[tt], indictione XII[uu], pontificatus prefati domini Pauli pape II[vv] anno primo[ww4].

---

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1464 November 6*.
[4] *1464 November 8*.

---

[a] Cassatio - conceditur *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Revocatio constitutionis Pii applicantis spolia prelatorum expeditioni contra Turcos*; München 260* Licentia testandi*; München 8482* Revocatio regule pape Pii II de testamentis ordinandis
[b] *VL 12102 folgt* dominus noster
[c] in - et *fehlt München 260*
[d] secundus *VL 6343, München 260* II*; VL 12102, Lucca 292* 2[us]
[e] provide *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* providere
[f] sententiam *VL 6343* scientiam
[g] esse *fehlt München 8482*
[h] quod magis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[i] etiam *fehlt PL 688, München 260, München 8482*
[j] prelatos *fehlt München 260*
[k] gratioso quandam *PL 688* gratiosa quondam
[l] felicis recordationis *VL 12102* reverendum
[m] II *PL 688, VL 12102, Lucca 292, München 8482, Sevilla 7* 2[m]
[n] necessitate *PL 688, München 260, München 8482, Sevilla 7* necessitatibus
[o] bona *fehlt PL 688, München 260, München 8482*
[p] ex *PL 688* et*; VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* pro

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[q] familiarium *PL 688* familiare
[r] decedentium pro *VL 12102* decedendis*; BL 2850* decedere tantum pro
[s] profectionis *BL 2850, PL 688, VL 6343, München 260, München 8482* professionis
[t] nec non *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[u] qui *BL 2850* que
[v] predicto *VL 12102, Lucca 292* predictus*; PL 688*, *München 260* predictos
[w] in *fehlt VL 12102*
[x] pro *fehlt PL 688, München 260, München 8482*
[y] urgenti *Lucca 292, Sevilla 7* ingenti
[z] quia *fehlt PL 688; VL 12102 folgt* cum
[aa] multos *PL 688* milites
[bb] dicitur *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* videtur
[cc] illis *PL 688* vel
[dd] ecclesiis *VL 12102, Lucca 292* ecclesiasticis
[ee] de iure *fehlt München 8482*
[ff] predictas *fehlt PL 688; VL 12102*, *Lucca 292, Sevilla 7* pridem
[gg] et *VL 12102* ad
[hh] pervenerunt *BL 2825* provenerunt
[ii] communis *fehlt BL 2850, VL 6343*
[jj] minime *VL 6343, VL 12102, Lucca 292, Paris 4172* non
[kk] huiusmodi *PL 688* huius
[ll] alia *PL 688* illa
[mm] describatur *VL 12102, Lucca 292* scribatur
[nn] et - Petrus *PL 688* ut supra*;* Petrus *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[oo] Lecta - suprascripta *München 260, München 8482* Lecte et publicate fuerunt supradicta regula *[= Nr. 90]* et
[pp] fuit - revocatio Rome *fehlt PL 688*
[qq] sexta *PL 688, VL 6343, München 260, Paris 4172* VI
[rr] octava *BL 2850, PL 688, VL 6343, Paris 4172* VIII
[ss] incarnationis dominice *fehlt PL 688*
[tt] MCCCCLXIIII *BL 2850, Paris 4172* 1464*; München 8482* M CCCC sexagesimo quarto
[uu] indictione XII *München 260* duodecima
[vv] prefati - II *PL 688* sui*;* II *BL 2850, München 8482* secundi
[ww] Lecta - primo *fehlt VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7*

## 90.

DE RESIGNATIONIBUS OFFICIORUM FACTIS IN INFIRMITATIBUS NON VALITURIS[a1].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa II[c] ad precludendum[d] viam fraudibus resignantium et successores[e] in officiis eligere satagentium statuit et ordinavit, quod, si quis quorumcumque officialium Romane curie in infirmitate constitutus officium, quod obtinet, resignaverit simpliciter vel in favorem certe persone et infra XX[f] dies[g] decesserit[h], admissio resignationis huiusmodi et per resignationem facta[i] provisio[j] nullius sit roboris vel momenti et nihilominus officium huiusmodi non[k] per resignationem, sed per obitum vacare libere censeatur[l].

Placet, publicetur et describatur in Cancellaria, P‹etrus›[m2].

[1] *Regest: HOFMANN, Forschungen 2 S. 28 Nr. 115.*

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica[n], die sexta[o3], et in Audientia contradictarum, die octava mensis[p] novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII, indictione XII, pontificatus prefati[q] Pauli pape II[r] anno primo[s4].

---

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1464 November 6*.
[4] *1464 November 8*.

---

[a] De - valituris *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* De infirmis resignantibus officium
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[c] II *Bamberg 68, PL 688*, *München 8482*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* secundus*; VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* 2[us]
[d] precludendum *Firenze 64* precludendam*; VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* rescindendum
[e] resignantium et successores *VL 12102, Lucca 292* resignationum et successoris*; München 260, München 8482* sucessorum
[f] XX *Bamberg 68, München 260, München 8482*, *GW M29936, GW M29947* viginti
[g] dies *fehlt München 260*
[h] decesserit *GW M29935, GW M29944-M29945* recesserit
[i] facta *VL 12102, München 260* factam
[j] provisio *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* promissio
[k] non *GW M29944-M29945* et
[l] et nihilominus - censeatur *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[m] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, VL 12102, Lucca 292, München 577, Sevilla 7*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[n] apostolica *fehlt München 577*
[o] sexta *PL 688, München 577* VI
[p] octava mensis *München 577* VIII
[q] *PL 688 folgt* domini
[r] Lecta - II *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* Lecta die sexto *(!)* et publicata octava mensis novembris*; VL 12102, Lucca 292* Lecte fuerunt *[= Nr. 86a und 87]* in Audientia die octava mensis novembris anno primo*; Sevilla 7* Lecte fuerunt *[= Nr. 86a und 87]* in Audientia die octava novembris 1464*; GW M29935, GW M29944-M29945* Publicata die octava mensis novembris*;* prefati - II *München 577* sui*;* II *PL 688* secundi
[s] Lecta - primo *fehlt München 260, München 8482*

## 91.

CASSATIO CONSTITUTIONIS PII II SUPER PRIVATIONE BENEFICIORUM A NON SOLVENTIBUS MEDIETATEM RESERVATAM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa II[b] prelatis[c] et aliis ecclesiasticis personis paterno affectu compatiens, ne multiplicatis[d] oneribus ipsi et eorum ecclesie[e] nimium pregraventur[f], quandam constitutionem[1] felicis recordationis Pii pape II[g] predecessoris[h] sui, per quam ad preparandum[i] exercitum[j] terrestrem[k] et maritimum[l] classem contra immanissimos[m] Turcos, in qua personaliter navigare decreverat, statuerat et ordinaverat, quod omnes et singuli, cuiuscumque dignitatis, status[n], gradus, ordinis vel conditionis existerent[o], tam exempti quam etiam non exempti[p] secula-

res vel regulares ecclesias, monasteria, dignitates, personatus et quevis alia ecclesiastica beneficia in commendam seu etiam plura[q] incompatibilia obtinentes tam de[r] sibi commendatis quam incompatibilibus beneficiis antedictis citramontani infra tres[s], ultramontani vero infra[t] sex[u] menses a publicatione ipsius constitutionis computandos integram medietatem illorum fructuum, reddituum et proventuum[v] Camere apostolice effectualiter[w] solvere tenerentur[x] sub excommunicationis pena, quam incurrerent ipso facto, elapso dicto tempore eos[y] dignitatibus, personatibus, administrationibus et beneficiis commendatis huiusmodi privatos et dispensationes[z] ad incompatibilia revocatas[aa] ac dignitates et beneficia vacare et tamquam vacantia impetrari posse et ipsos negligentes aut solvere[bb] detractantes ad illa et alia obtinenda prorsus inhabiles[cc] esse censuit et decrevit. Hanc siquidem constitutionem ad expeditionem tunc indictam[dd] propter[ee] personalem eius[ff] profectionem necessariam[gg], ipsius profectionis[hh] personalis causa cessante[ii], prefatus sanctissimus dominus noster ad relevandas[jj] necessitates prelatorum et[kk] ecclesiasticarum personarum[ll] ac onera ecclesiarum, ut prefertur, revocat, cassat, annullat[mm] et pro infecta habendam esse[nn] decrevit, prelatos nihilominus et alias[oo] ecclesiasticas personas, si quam ob non solutionem[pp] medietatis commendarum[qq] et incompatibilium[rr] predictorum excommunicationis sententiam incurrissent, absolvens[ss] ac super irregularitate ac inhabilitate dispensans, decernens illos super commendis et incompatibilibus[tt] beneficiis huiusmodi occasione non solutionis predicte[uu] nullatenus impeti[vv] posse aut quomodolibet molestari[ww].

Placet, publicetur[xx] et describatur[yy] in Cancellaria[zz], P‹etrus›[aaa2].

Lecta et publicata fuit suprascripta revocatio, Rome in Cancellaria apostolica[bbb], die decimaseptima[ccc] mensis novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII[ddd3], indictione XII[eee], pontificatus eiusdem[fff] domini nostri domini Pauli pape secundi[ggg] anno primo[hhh], et in Audientia contradictarum, die decimanona[iii] mensis, anni, indictionis et pontificatus predictorum[jjj4].

---

[1] *= Pius II. Nr. 173*.
[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1464 November 17*.
[4] *1464 November 19*.

---

[a] Cassatio - reservatam *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Revocatio constitutionis Pii mandantis, ut obtinentes beneficia in commenda et plura incompatibilia solverent certam portionem pro expeditione contra Turcos
[b] II *BL 2850, PL 688, München 8482, Paris 4172* secundus*; VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* 2[us]
[c] prelatis *fehlt München 260; VL 12102, Lucca 292* prefatis
[d] multiplicatis *VL 12102, Lucca 292* multipliciter
[e] ecclesie *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[f] nimium pregraventur *BL 2850* congraventur*; PL 688 folgt* per
[g] II *BL 2850, PL 688, München 8482, Paris 4172, Sevilla 7* secundi*; VL 12102, Lucca 292* 2[i]

[h] predecessoris *VL 12102* deprecessoris *(!)*
[i] preparandum *PL 688* preparandam
[j] exercitum *PL 688* exercituum*; VL 12102*, *München 260* exercitium
[k] terrestrem *München 260* trimestrem
[l] maritimum *VL 12102, Lucca 292* maximam
[m] immanissimos *PL 688, München 260* inhumanissimos*; VL 12102* nimanissimas *(!)*
[n] status *fehlt BL 2850, VL 6343, VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7*
[o] existerent *VL 12102* extiterent
[p] quam - exempti *fehlt VL 12102*
[q] in commendam - plura *fehlt VL 12102*
[r] de *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[s] *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7 folgt* menses
[t] infra *PL 688, München 260* ultra
[u] infra sex *PL 688, München 260* ultra sex*;* sex *VL 12102, Lucca 292* VI
[v] proventuum *VL 12102, Lucca 292* conventuum
[w] effectualiter *PL 688* integraliter
[x] tenerentur *PL 688, München 260* teneantur
[y] eos *fehlt PL 688, München 260, München 8482; BL 2850, VL 6343* de
[z] dispensationes *VL 12102* dispendia
[aa] revocatas *VL 12102* revocatur*; München 260* revocationes
[bb] aut solvere *VL 12102* absolvere*; Lucca 292* ac solvere
[cc] inhabiles *VL 12102* habiles
[dd] indictam *PL 688, VL 12102, Lucca 292* inductam
[ee] propter *VL 12102* papa
[ff] eius *VL 12102* cuius
[gg] profectionem necessariam *PL 688* perfectionem necessarium
[hh] profectionis *PL 688* perfectionis
[ii] cessante *PL 688* cassante
[jj] relevandas *PL 688, VL 12102, Lucca 292* relevandum
[kk] *Lucca 292 folgt* aliarum
[ll] et ecclesiasticarum personarum *fehlt VL 12102*
[mm] revocat - annullat *PL 688* revocant, cassant et annullant
[nn] esse *fehlt München 8482*
[oo] alias *fehlt BL 2850, VL 6343*
[pp] solutionem *VL 12102* absolutionem*; BL 2850, VL 6343, Paris 4172* solutionis
[qq] commendarum *fehlt PL 688*
[rr] *München 260 folgt* beneficiorum
[ss] absolvens *VL 12102*, *Lucca 292* absolventes
[tt] incompatibilibus *VL 12102* compatibilibus
[uu] solutionis predicte *PL 688* solutione predicte*; VL 12102* solvende predictus*; Lucca 292* solven(s) predictus
[vv] impeti *VL 12102, Lucca 292* impediri
[ww] impeti - molestari *PL 688* molestari posse aut quomodolibet expediri
[xx] publicetur *VL 12102* plubicare *(!)*
[yy] et describatur *fehlt PL 688, VL 12102, Lucca 292*
[zz] Cancellaria *VL 6343* libro Cancellarie
[aaa] in Cancellaria - Petrus *fehlt PL 688;* Petrus *fehlt BL 2850, VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7*
[bbb] apostolica *fehlt München 260*
[ccc] decimaseptima *BL 2850, PL 688, VL 6343, München 260* XVII*; München 8482* vicesima
[ddd] MCCCCLXIIII *BL 2850, Paris 4172* 1464
[eee] indictione XII *fehlt BL 2850, VL 6343*
[fff] eiusdem *München 8482* prefati sanctissimi
[ggg] secundi *BL 2850, VL 6343* II
[hhh] mensis - primo *fehlt PL 688, München 260*
[iii] decimanona *BL 2850, PL 688, München 260, Paris 4172* XIX*; VL 6343* XVIIII
[jjj] Lecta - primo *fehlt VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7, vgl. unten Nr. 92;* anni - primo *PL 688* novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII, indictione XII, pontificatus prefati domini nostri domini Pauli divina providentia pape secundi anno primo*; München 260* novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII, indictione XII, pontificatus domini nostri pape II anno primo*;* et in - predictorum *fehlt München 8482;* predictorum *BL 2850, VL 6343* predictis

## 92.

EXTRAVAGANS[a]. LIMITATIO LICENTIE DOMINI VICECANCELLARIE DE INTERDICTIS[b].

| | | |
|---|---|---|
| *PL 688, Firenze 64, München 260, München 8482.* | *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[c] ad amputandum materiam scandalorum et ut nervus ecclesiastice censure servetur, statuit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam[d] factam aut fiendam[e] etiam per sanctitatem suam de altari portatili cuicumque[f] persone, cuiuscumque status, gradus vel[g] conditionis existat, non[h] detur licentia aut facultas celebrandi missas aut alia divina officia in locis[i] ecclesiastico[j] interdicto suppositis[k], etiam ianuis clausis et excommunicatis[l] et interdictis exclusis, et concessiones iam factas per se aut quoscumque suos[m] predecessores quoad effectum[n] seu facultatem huiusmodi celebrandi aut celebrari faciendi in locis interdictis revocat et annullat, illis[o] dumtaxat exceptis[p], qui[q] de iure communi in tempore interdicti[r] huiusmodi privilegiati noscuntur[s].

Placet, publicetur[t] et describatur[u] in Cancellaria, P‹etrus›[v1].

| | | |
|---|---|---|
| Lecta et publicata fuit supradicta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die decimaquinta[w] mensis novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII, indictione XII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri pape anno primo[x2], et in Audientia contradictarum, die decimanona[y] mensis, anni, indictionis et pontificatus predictis[z3]. | Lecte fuerunt supradicte[aa] regule, Rome in Audientia contradictarum die decimanona[bb] mensis novembris[cc] anno primo[dd]. | Publicata, die quintadecima[ee] mensis novembris anno primo |

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1464 November 15*.
[3] *1464 November 19*.

[a] Extravagans *fehlt Bamberg 68, GW M29936, GW M29947*
[b] Limitatio - interdictis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[c] secundus *VL 12102, Sevilla 7* 2[us]*; Firenze 64, Lucca 292* II
[d] signaturam *fehlt PL 688*
[e] fiendam *München 8482, GW M29935, GW M29944-M29945* faciendam
[f] cuicumque *VL 12102, Lucca 292* cuiuscumque
[g] gradus vel *fehlt München 260; VL 12102, Lucca 292 folgt* ordinis
[h] non *fehlt PL 688, VL 12102, Lucca 292, München 260, München 8482, Sevilla 7*
[i] locis *PL 688, VL 12102, Lucca 292* loco
[j] ecclesiastico *München 260, München 8482* ecclesiasticis
[k] suppositis *VL 12102, Lucca 292* supposito
[l] et excommunicatis *fehlt PL 688*
[m] aut quoscumque *VL 12102* antiquos cumque
[n] effectum *VL 12102, Lucca 292* actum
[o] illis *GW M29935-M29945* illi
[p] exceptis *fehlt München 260*
[q] qui *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* que
[r] interdicti *VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7* interdicto
[s] noscuntur *PL 688* dinoscantur
[t] publicetur *VL 12102* plubicare *(!)*
[u] describatur *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[v] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, PL 688*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947;* Petrus *fehlt VL 12102, Lucca 292, München 8482*
[w] decimaquinta *PL 688, Firenze 64, München 260* XV
[x] mensis - primo *fehlt PL 688, München 260, München 8482*
[y] decimanona *PL 688, München 260* XIX
[z] anni - predictis *PL 688* novembris anno domini MCCCCLXIIII indictione XII pontificatus sui anno primo*; München 260* novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIII pontificatus sanctissimi domini Pauli pape II anno primo*; München 8482* novembris anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII indictione duodecima pontificatus prefati sanctissimi domini nostri Pauli anno primo
[aa] *Sevilla 7 folgt* due
[bb] decimanona *Sevilla 7* XIX
[cc] *Sevilla 7 folgt* 1464
[dd] *Sevilla 7 folgt* Iuppi *(!, es folgt ein Handwechsel)*
[ee] quintadecima *GW M29944-M29945* XV

## 93.

PROROGATIO EXPEDITIONIS LITTERARUM PII[a].

| | |
|---|---|
| *VL 12102, Firenze 64, Lucca 292, München 260, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus Paulus divina providentia[c] papa II[d] tempus sex[e] mensium de expediendis litteris super concessionum[f] gratiis[g] per felicis recordationis Pium papam II[h] predecessorem suum[i] factis prefixum usque ad alios sex[j] menses a fine dictorum priorum[k] sex[l] mensium computandos gratiose prorogavit.

Placet ad sex[m] menses et publicetur in Cancellaria, P‹etrus›[n1].

| | |
|---|---|
| Lecta[o] et publicata fuit supradicta regula, | Publicata MCCCCLXIIII, die vero sextade- |

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.

| | |
|---|---|
| Rome[p] in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII[q], indictione XIII, die vero sextadecima[r] mensis februarii pontificatus[s] domini nostri Pauli pape[t] II anno primo[u2]. | cima[v] mensis februarii anno primo. |

[2] *1465 Februar 16*.

[a] Prorogatio - Pii *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947*
[b] in - et *fehlt Firenze 64*
[c] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[d] II *Bamberg 68, GW M29936, GW M29944, GW M29947* secundus*; VL 12102* 2[us]
[e] tempus sex *fehlt VL 12102;* sex *Lucca 292* VI
[f] *Firenze 64* commissionum
[g] super - gratiis *fehlt München 260;* gratiis *VL 12102, Lucca 292* gratiarum
[h] II *GW M29935, GW M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* secundum
[i] per - suum *VL 12102* pro felice reverendo Pio papa II predecessori nostro
[j] alios sex *VL 12102, Lucca 292* illos ut
[k] priorum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[l] sex *VL 12102, Lucca 292* VI
[m] sex *VL 12102, Lucca 292* VI
[n] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947;* Petrus *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[o] Lecta *VL 12102* Regula
[p] Lecta - Roma *München 260* Lecta fuit Rome*;* Rome *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[q] MCCCCLXIIII *Sevilla 7* 1469
[r] sextadecima *München 260, Sevilla 7* XVI
[s] *Sevilla 7 folgt* prefati
[t] domini nostri Pauli pape *München 260* Pauli
[u] anno - primo *VL 12102, Lucca 292* die VI et in Audientia contradictarum die octava mensis novembris anno incarnationis dominice millesimo CCCC LXIIII, indictione XII, pontificatus domini nostri Pauli pape II anno primo
[v] sextadecima *GW M29935, GW M29944-M29945* sedecima

## 94.

LIMITATIO INDULGENTIARUM[a1].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, Melk 1894, München 260, München 577, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster[b] dominus Paulus divina providentia papa[c] II[d] provide considerans[e], quod propter effusas indulgentias, que passim de reservatis semel in vita et in mortis articulo plenarie conceduntur, claves ecclesie contemnuntur, penitentialis[f] satisfactio enervatur et homines ad peccandum procliviores redduntur, statuit et ordinavit, quod per quascumque indulgentias in forma „Devotionis" vel alia quavis forma verborum a se vel predecessoribus suis concessas aut in posterum concedendas impe-

[1] *Druck: PEZ, Scriptores 1, Sp. 264f.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

trantes absolvi non possint in casibus infrascriptis videlicet offense ecclesiastice libertatis, violationis interdicti a sede apostolica impositi, heresis, cuiusvis offense, inobedientie seu rebellionis[g] in Romanum pontificem seu sedem apostolicam, presbitericidii, offense personalis in episcopum vel alium prelatum, invasionis, depredationis vel occupationis terrarum ecclesie Romane mediate vel immediate subiectarum, invasionis[h] romipetarum[i], prohibitionis devolutionis causarum ad Romanam curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis novorum[j] onerum[k] realium vel personalium ecclesiis et ecclesiasticis personis, simonie super ordinibus vel beneficiis assequendis in Romana curia contracte et generaliter in casibus contentis in bulla, que consuevit in die[l] cene Domini per Romanos pontifices publicari, et quoad casus predictos littere quecumque et facultates absolvendi vel confessores eligendi in casibus sedi apostolice reservatis nemini suffragentur. Insuper mandat et statuit sanctitas sua, ut in[m] omnibus litteris et bullis per Cancellariam aut[n] Cameram expediendis predicti casus nominatim excipiantur et propterea[o] clausula addatur in fine, quod, si similes littere fuerint a sua sanctitate vel predecessoribus suis impetranti concesse, ille[p] nec quoad casus exceptos nec quoad facultatem sepius absolvendi in casibus reservatis aliquatenus suffragentur.

Placet et publicatur in Cancellaria, P‹etrus›[q2].

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome[r] in Cancellaria apostolica[s], die XXIII mensis[t] februarii anno incarnationis dominice[u] MCCCCLXIIII pontificatus prefati domini nostri[v] anno primo[w3]. | Publicata, die vicesima tertia[x] mensis februarii anno primo, millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[y]. |

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1465 Februar 23*.

[a] Limitatio indulgentiarum *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] noster *fehlt GW M29945*
[c] *Firenze 64* pape
[d] II *Bamberg 68, Melk 1894, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* secundus
[e] considerans *fehlt Sevilla 7*
[f] penitentialis *Firenze 64, GW M29936* penitentiales
[g] rebellionis *Melk 1894* rebellationis
[h] invasionis *GW M29935, GW M29945* invasiones
[i] depredationis - romipetarum *fehlt München 260*
[j] impositionis novorum *Firenze 64* impositioni notiorum
[k] onerum *fehlt GW M29944-M29945*
[l] die *fehlt Melk 1894, München 577*
[m] in *fehlt München 260*
[n] aut *Melk 1894* ad

[o] propterea *München 260* preterea
[p] ille *fehlt Sevilla 7*
[q] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, Melk 1894, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[r] fuit - Rome *fehlt Melk 1894, München 577;* Lecta - regula *fehlt München 260*
[s] apostolica *fehlt Melk 1894, München 577*
[t] XXIII mensis *Melk 1894, München 577* XX
[u] incarnationis dominice *fehlt Melk 1894*
[v] prefati domini nostri *Melk 1894, München 577* sui*; Sevilla 7* sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia pape II
[w] die - primo *München 260* anno, indictione et pontificatus quibus supra, die vero XXIII mensis februarii*; Melk 1894 folgt* Extracta est Auguste ex Cancellaria domini patriarche Aquilegiensis per f(ratrem) Iohannem de Megies 1474
[x] vicesima tertia *GW M29935, GW M29944-M29945* XXIII
[y] millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto *GW M29935, GW M29944-M29945* MCCCCLXIIII

## 95.

DE PROTONOTARIIS ET ETATE EORUM PROMOTIONIS[a1].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, München 577, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa II[c] considerans ad[d] obsequium apostolice sedis et ipsius prelationis officia tales assumi debere, quos etatis maturitas et gravitas morum exornat idque maxime in notariis apostolice sedis esse servandum[e], quorum officium in ipsis initiis primitive ecclesie a beato Clemente ad sanctorum martirum gesta perquirenda[f] atque scribenda noscitur institutum et propterea valde indecorum[g] esse, ut[h] ad illud pueri[i] provehantur[j], qui nescientes gubernare se ipsos habitum deferant prelatorum, qui etiam interdum ecclesiastica beneficia sub eo titulo assecuti abiecto habitu ad coniugium et secularem vitam aspirant, non attendentes sententiam domini Salvatoris, quia nemo ponens manum ad aratrum et respiciens retro aptus[k] est regno Dei, statuit et ordinavit, quod deinceps nullus ad protonotariatus provehatur officium nec habitum protonotariorum gestare[l] presumat, nisi[m] vicesimum[n] sue etatis annum exegerit, nec littere apostolice super ipso protonotariatus officio expediantur, nisi eam etatem in Cancellaria apostolica se exegisse docuerit, quod, si contingat sanctitatem suam pro sublimioribus forte[o] personis vel filiis aut nepotibus principum aliquem minorem natu[p] protonotarium creare, promotio huiusmodi et signatura desuper facta non teneat nec littere super ea expediantur, nisi se sextumdecimum[q] annum similiter[r] complevisse docuerit et id in supplicatione nominatim expresserit; tales tamen minores nec habitum assumere[s] nec rochetum gestare audeant vel preeminentiam sibi iure officii vendicare,

[1] *Regest:* HOFMANN*, Forschungen 2 S. 28f. Nr. 117.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

nisi, ut premittitur, vicesimum[t] annum exegerint[u]. Insuper statuit et ordinavit, quod omnes et singuli protonotarii promoti quidem infra annum a data presentium promovendi vero infra annum a die promotionis computandum se ad subdiaconatum faciant ordinari, alioquin, si infra id tempus promoti non fuerint, aut ante completum vicesimum[v] annum habitum[w] assumere vel defferre presumpserint non solum protonotariatus officio, sed omnibus beneficiis, que obtinent, sint ipso facto privati et ad ipsum protonotariatum[x] prorsus inhabiles, decernens irritum et inane, quidquid in contrarium fuerit attemptatum.

Placet et publicetur in Cancellaria, P‹etrus›[y2].

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome[z] in Cancellaria apostolica, die ultima mensis februarii[aa] anno incarnationis dominice[bb] MCCCCLXIIII, indictione XIII[cc], pontificatus prefati domini nostri[dd] anno primo[3]. | Publicata, die ultima mensis februarii anno primo, MCCCCLXIIII. |

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1465 Februar 28*.

[a] De - promotionis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64;* providentia *GW M29935* pro
[c] II *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* secundus
[d] ad *fehlt München 260*
[e] esse servandum *München 260* servandis
[f] perquirenda *München 260* pro quirenda
[g] indecorum *München 260* nu(mer)um vi(detu)r
[h] ut *München 260* ne
[i] pueri *Sevilla 7* tueri
[j] provehantur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* proveheantur
[k] aptus - regno *München 260* ad eptus est regnum
[l] gestare *Sevilla 7* portare
[m] nisi *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*
[n] vicesimum *München 577, Sevilla 7, GW M29936, GW M29944-M29945* XX
[o] forte *fehlt München 260*
[p] natu *fehlt München 260*
[q] sextumdecimum *München 260, München 577, Sevilla 7* XVI*; GW M29935, GW M29944-M29945* sedecimum
[r] similiter *München 260* similes*; GW M29935, GW M29944-M29945* finaliter
[s] assumere *München 260, Sevilla 7* sumere
[t] vicesimum *München 260, München 577, Sevilla 7* XX
[u] exegerint *Firenze 64* peregerint*; München 260* expedierint
[v] vicesimum *fehlt München 260; München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* XX
[w] habitum *fehlt München 260*
[x] protonotariatum *München 577* protonotariatus officium
[y] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[z] suprascripta - Rome *fehlt München 577*
[aa] die - februarii *München 577* ultima februarii
[bb] anno incarnationis dominice *fehlt München 577*
[cc] XIII *München 577* XII
[dd] prefati - nostri *München 577*

## Regule vacantiarum

### 96.

Habens beneficium curatum quacumque auctoritate assequens aliud curatum, primum vacat et vigore gratie expectative non acceptatur, sed est sedi apostolice specialiter reservatum, etiamsi sit iuris patronatus vel collationis ordinarie.

### 97.

Habens beneficium cum cura et postea assequens gratiam de beneficio cum cura vel sine cura, si permutet vel resignet, antequam gratia sortita sit effectum, vacat, si est curatum, et est sedis apostolice reservatum.

### 98.

Item, quando beneficium impetratur per sperare vacare, sperans habebat tale beneficium, si alter[a] incompatibile assecutus est, etiamsi assequens ipsum prius resignaverit, nisi per mortem eius vacaret.

[a] alter *Würzburg 131* aliter

### 99.

Item vacant beneficia per non promotionem.

### 100.

Item, quando lis pendet inter duos vel tres super uno beneficio vel pluribus et lis non est decisa, beneficia vacant.

### 101.

Item per apparentem incorporationem, quando monachi beneficiorum incorporatorum altaria vacantia, que secularibus clericis conferenda sint, conferunt suis fratribus et, si essent incorporata, etiam vacant.

### 102.

Item, si quis resignat beneficium coram notario non interveniente consensu patroni, vacat.

## 103.

Item beneficia vacant per contractum matrimonii per verba de presenti.

## 104.

Item beneficia, que sunt dignitates personatus in cathedrali etc., si tenentes sint illegitimi, vacant et sunt sedi apostolice reservata.

## 105.

Item per irregularitatem vel[a] si quis vi iecit manus violentes in clericum vel personam ecclesiasticam.

---

[a] vel *Würzburg 131* ut

## 106.

Item beneficia celebrantium in loco interdicto vel coram excommunicato vel scienter in loco interdicto.

## 107.

Item promoti ‹in› episcopum vel abbatem beneficia vacant per consecrationem vel benedictionem.

## 108.

Item reservata sunt beneficia morientium in curia Romana vel ‹infra› duas legales dietas a curia.

## 109.

Item vacat dignitas vel curatum beneficium non habentis XXIIII annos.

## 110.

Item, si excommunicatos promoveatur ad sacros ‹ordines›, ipso facto omnia beneficia sua vacant, que possidet.

## 111.

Item, quando beneficium ex fundatione requirit residentiam personalem, vacat per non residentiam sine dispensatione. Idem per non permutationem, quando beneficium ex fundatione requireret presbiterum vel unum, qui possit procedere infra X annum; et ‹in› hiis duobus casibus requiritur dispensatio pape.

### 112.

Item vacant beneficia per permutationem factam interveniente pacto illicito vel simonia.

### 113.

Item beneficia vacant per irregularitatem homicidii et non curantis mandata apostolica vel in excommunicatione celebrantis[a].

---

[a] celebrantis *Würzburg 131* celebrando

### 114.

Item, qui stetit per annum in excommunicatione deta et infra.

### 115.

Item per constitutionem „Execrabilis“[1] efficitur quis inhabilis ad talia beneficia et qualiacumque et quecumque acquirenda postea; simplicia tamen tantum habita non perdit, que scilicet sine cura sunt[a].

---

[1] *= Johannes XXII. Nr. 67B.*

---

[a] *Layoutendnote*

### 116.

Item, quandoque vacant beneficia per revocationem unionum et incorporationem.

### 117.

Item, quandoque per revocationem commendarum factarum auctoritate apostolica vel ordinarie.

### 118.

Item, si quis acceptat aliquod beneficium cum gratia sua expectativa et non publicat seu publicari facit postremum acceptationem et provisionem cum aliis litteris, tunc tale beneficium vacat.

**119.**

Item post executionem citationis lis dicitur pendere interim, quod, si alter litigantium moriatur in curia vel extra indecisa lite, nullus papalis *(!)* possit illud beneficium[a] acceptare, sed solus papa habet de illo disponere. Caveat ergo ille litigans et faciat se in ius defuncti surrogare, ne alter ipsum preveniat. Idem est, si litigantes concordant lite indecisa et alter ipsorum moritur et tunc non renuntiat, illud beneficium iterum censetur pape esse reservatum et non cadit sub expectativa. Et hoc, si lis pendet in Romana curia, secus si alibi[b]. Etiamsi quis renuntiat beneficio in curia, tunc etiam censetur in dispositione pape etc.

---

[a] *Würzburg 131 folgt* illud
[b] alibi *Würzburg 131* allubi

**120.**

Item, si aliquis impetrat aliquod beneficium realiter devolutum vel reservatum vel alias debito modo vacans et postea impetrat aliud beneficium et non curat prosequi primum, tunc illud beneficium stat in sola dispositione pape nec revertitur potestas providendi ad ordinarium collatorem, nisi vacatio ista sit realiter probata, scilicet quod impetrans sit effectualiter adeptus possessionem illius, tunc primum reveritur ad suum principium.

**121.**

Item, ‹quando› habenti gratiam expectativam in communi forma pauperum ante purificationem gratie sue ordinarius confert beneficium, secundum aliquos. Alii tamen dicunt scilicet Baldus[1], qui tenet, quod ante purificationem gratie manus ordinarii sint clause et ligate, dummodo infra mensem post vacationem beneficii purificet et acceptet, et ita fuit alias observatum; secus est de gratia speciali[a].

---

[1] *Baldus de Ubaldis, † 1400 April 28*.

---

[a] *Layoutendnote*

**122.**

Item ordinarius non possit conferre beneficium ante mensem aut infra post vacationem, et hoc propter decretum pape, sed si fuerit acceptatum infra mensem, tunc iterum non possit conferre.

### 123.

Item habens gratiam in communi forma pauperum ante vacationem tenetur ordinario litteras suas insinuare, alias non possit acceptare. Sed habens gratiam in speciali non tenetur, nisi propter concurrentiam et maiorem diligentiam.

### De gratiis[a] expectativis[b]

---

[a] gratiis *fehlt Bamberg 68, Eichstätt 577, Sevilla 7*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

[b] De - expectativis *fehlt Würzburg 131; PL 688* Incipiunt regule expectativarum domini Pauli*; VL 12102, Lucca 292, München 260* Regule expectativarum*; München 260* Regule domini nostri Pauli pape secundi de gratiis expectativis

### 124.

(1) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[a] papa secundus[b], qui varias et longas, an et qualiter ab eo gratie expectative concederentur, consultationes[c] habuit, tandem multorum, etiam magnorum precibus et instantiis condescendens gratias[d] huiusmodi facere disposuit modis et formis infrascriptis.

---

[a] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[b] secundus *Firenze 64;* II *VL 12102, Lucca 292* 2[us]
[c] consultationes *PL 688, Eichstätt 577* deliberationem*; München 577, Sevilla 7* deliberationes
[d] gratias *PL 688* regulas

PER „FIAT, UT PE[TITUR]“ DENTUR DUE COLLATIONES ETC. CUM [CLAUSULA] „DIGNITATUM“ ETC. ET ITA TANT[A] BENEFICIA; ALIBI UNUM BENEFICIUM; RECIPIENS C[ANONICATUM CUM] PRESTIMONIIS [...] AD XXX LIB[RAS] ET [...] XL P[RO] NOBILIBUS ET GRADUATIS; DIG[NITAS] ET CANONICATUS P[RO] UNO BENEFICIO COMPUTANDUM[a].

(2) In primis voluit, quod[b] per[c] „Fiat, ut[d] petitur“ dentur due collationes etc.[e] ac cum clausula, si[f] petatur, „Etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum, que ibidem obtinent“, et in partibus Italie totidem beneficia, etiamsi alterum eorum[g] canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis fuerit, et in aliis partibus unum beneficium dumtaxat; quodque canonicatus et prebenda[h] cum prestimoniis, prestimonialibus portionibus[i], oblegiis[j], additamentis, ferculis et supplementis unius canonici cedentis vel decedentis, quorum

quidem[k] prestimoniorum etc.[l], si pro magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia aut doctoribus vel cum rigore examinis licentatis in iure canonico vel civili seu magnis nobilibus, LX[m] et, si[n] pro aliis gratie huiusmodi fuerint, XXX[o] librarum Turonensium parvorum[p] vel tantundem in alia moneta[q] fructus etc.[r] secundum[s] taxationem decime valorem annuum non excedant, ac etiam canonicatus et prebenda nec non[t] dignitas, personatus etc.[u] cathedralis seu collegiate ecclesie pro uno beneficio computentur.

---

[a] Per - computandum *Sevilla 7*
[b] In - quod *PL 688* Item*; Eichstätt 577* Item ut*; München 577, Sevilla 7* Item quod
[c] per *fehlt VL 12102*
[d] ut *fehlt VL 12102*
[e] etc. *fehlt VL 12102; München 260* etiam
[f] si *fehlt GW M29935-M29936, GW M29944-M29945*
[g] eorum *fehlt VL 12102, Lucca 292; München 8482, Würzburg 131* illorum
[h] ecclesie - prebenda *fehlt Firenze 64*
[i] portionibus *fehlt München 260*
[j] oblegiis *VL 12102* obligationibus ad
[k] quidam *fehlt München 260, Sevilla 7*
[l] etc. *fehlt München 577, GW M29935, GW M29944-M29945; Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* et etiam
[m] LX *Firenze 64, München 260, München 8482* sexaginta
[n] si *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*
[o] XXX *München 260, Sevilla 7* triginta
[p] parvorum *fehlt PL 688*
[q] moneta *München 577* momenta
[r] etc. *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[s] parvorum - secundum *fehlt München 8482*
[t] nec non *fehlt Sevilla 7; VL 12102, Lucca 292* ac non
[u] etc. *fehlt GW M29936*

## 125.

HEC REGULA SONAT, QUOD NON DEBET QUIS L[ITTERAS DARE] AD PREBENDAM ET PRESTIMONIAS, SED „CUM PRESTIMONIIS“ ETC. SIC NON POSSIT HABERE PRESTIMONIA ANTEQUAM S[IT] PREBENDATUS[a].

Item[b], quod loco verborum[c] „Cum[d] prestimoniis“ etc. non ponantur verba „Et prestimonia[e]“ etc.[f]

---

[a] Hec - prebendatus *Sevilla 7*
[b] Item *PL 688, Eichstätt 577, Sevilla 7* In primis*; München 577* In primis voluit
[c] verborum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[d] Cum *PL 688* in
[e] prestimonia *Lucca 292* prestimonialia
[f] etc. - etc. *fehlt VL 12102;* etc. *fehlt Bamberg 68, PL 688, München 577, GW M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

## 126.

GRATIA EXPECTATIVA N[ON] DEBET DARI RELIGIO[SIS], NISI SIGNATURA SIT AD PARTES ET NON IN ROTULO[a].

Item[b], quod pro religiosis[c] littere super expectativis gratiis[d] non expediantur, nisi particularis et extra rotulum signatura desuper suffragetur.

[a] Gratia - rotulo *Sevilla 7*
[b] *PL 688, Eichstätt 577, München 577, Sevilla 7 folgt* voluit
[c] Item - religiosis *fehlt VL 12102*
[d] super - gratiis *PL 688* expectative

## 127.

NULLI DEBET DARI AD CANONICATUM ET PREBENDAM VEL DIGNITATEM ECCLESIE CATHEDRALIS, SI EST ULTRA MONTES, NISI PERSONIS HIC EXCEPTIS[a].

Item in partibus ultramontanis extra Daciam, Swetiam[b], Norwegiam et Hiberniam nulli[c] nisi magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia aut doctoribus seu cum rigore examinis licentiatis in iure canonico vel civili aut in artibus, qui post suorum in illis[d] graduum susceptionem[e] per biennium rexerint seu studuerint, vel in medicina magistris aut, qui per sex[f] annos studuerit[g], in altero ex iure huiusmodi baccalariis vel apostolice sedis officialibus et nobilibus[h] ac de militari genere procreatis ac nepotibus et consanguineis sancte Romane ecclesie cardinalium detur per expectativas[i] ad canonicatus et prebendas vel dignitates etc. cathedralium ecclesiarum; et quia numerus abbreviatorum magnus est, illi[j] dumtaxat ex[k] eis quoad hoc sub dictis officialibus[l] comprehendantur[m], qui de aliquo[n] parco pro[o] litteris expediendis apostolice Cancellarie fuerint vel[p] desuper a prefato domino nostro per reformationem vel alias habuerint[q] signaturam specialem.

[a] Nulli - exceptis *Sevilla 7 und mit Verweiszeichen auf* officialibus*:* Declarat, qui *(!)* abbreviatores veniant officium apostolice sedis
[b] Swetiam *VL 12102* Subventiam*; Würzburg 131* Scotiam
[c] nulli *fehlt München 260; Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* nullis
[d] illis *München 577* hiis*; GW M29935, GW M29944-M29945* his
[e] susceptionem *München 8482, Würzburg 131* assumptionem
[f] sex *München 577, München 8482* VI
[g] vel in - studuerit *fehlt Firenze 64;* studuerit *fehlt PL 688*
[h] et nobilibus *fehlt München 260*
[i] per expectativas *VL 12102, Lucca 292* expectativa*; München 260 pro* expectativis
[j] illis *PL 688* ibi
[k] ex *fehlt VL 12102*
[l] officialibus *VL 12102, Lucca 292, München 260* officia
[m] comprehendantur *fehlt München 577, Sevilla 7*
[n] aliquo *VL 12102, Lucca 292* maiori
[o] comprehendantur - pro *fehlt München 260;* pro *fehlt VL 12102*
[p] vel *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, Würzburg 131* et*; München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* nisi

[q] habuerint *Würzburg 131, GW M29944-M29945* habuerit

## 128.

GRADUATIS ET NOBILIBUS HIC CONTENTIS TENET DARE UNUM BENEFICIUM CUIUSCUMQUE TAXE[a].

Item detur magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia ac doctoribus in iure canonico vel civili et magnis[b] nobilibus unum[c] beneficium cuiuscumque taxe[d].

[a] Graduatis - taxe *Sevilla 7*
[b] magnis *München 260* magistris
[c] et - unum *fehlt München 577*
[d] et - taxe *fehlt PL 688*

## 129.

TAXA BENEFICIORUM PRO GRADUATIS[a].

Item[b] magistris in medicina et in iure canonico vel civili[c] licentiatis[d] in partibus quoad taxationem decime[e] ad medietatem reductis, si cum cura, LXXX[f] et, si sine cura, LX[g]; sed in aliis non reductis[h], si cum cura, centum[i] et viginti[j], si vero sine cura[k], LXXX[l] librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime.

[a] Taxa - graduatis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Graduatis hic [con]tentis debet dari adhuc [L]XXX cum cura et LX sine cura, in partibus reductis quoad taxationem decime quoad medietatem scilicet in non reductis CXX cum cura et LXXX sine cura secundum taxationem decime
[b] *Firenze 64 folgt* in
[c] Item - civili *fehlt PL 688*
[d] licentiatis *VL 12102* licentia
[e] decime *fehlt Würzburg 131*
[f] LXXX *VL 12102, Lucca 292, München 8482* octuaginta
[g] LX *München 8482* sexaginta
[h] si cum - reductis *fehlt PL 688*
[i] centum *Sevilla 7, Würzburg 131* C
[j] et viginti *fehlt PL 688, VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131;* viginti *Bamberg 68, München 260, München 577, Sevilla 7*, *GW M29935-M29936, GW M29944, GW M29947* XX
[k] cura *fehlt Firenze 64*
[l] et si sine cura - LXXX *fehlt Eichstätt 577;* LXXX *VL 12102, Lucca 292, München 260, München 8482* octuaginta

## 130.

TAXA BENEFICIORUM PRO GRADUATIS[a].

Item baccalariis in theologia non[b] formatis et magistris in artibus ac in iure canonico vel civili baccalariis et in medicina licentiatis in partibus reductis, si cum cura, LX[c] et, si sine

cura[d], XL ac in non reductis, si cum cura, centum[e] et, si sine cura, LXX[f] librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime.

---

[a] Taxa - graduatis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Graduatis hic contentis debet concedi usque ad summam LX cum cura ac sine cura XL, in partibus deductis *(!)* alibi usque ad C, si cum cura, et sine cura [L]XX secundum decime taxationem
[b] non *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[c] LX *München 8482* 6[ta]
[d] LX - cura *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[e] centum *Sevilla 7, Würzburg 131* C
[f] LXX *München 8482* septuaginta*; Sevilla 7* LX

## 131.

TAXA PRO NON GRADUATIS SECULARIBUS[a].

Item secularibus non graduatis in partibus reductis, si cum[b] cura, XL[c] et, si sine cura, XXX[d] ac in aliis[e] non reductis, si cum cura, LX[f] et, si sine cura, XL[g] librarum Turonensium parvorum secundum[h] taxationem decime.

---

[a] Taxa - secularibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Aliis secularibus non graduatis usque ad XL cum cura v[el] XXX sine cura, in partibus reductis alibi LX cum et XL sine cura
[b] si cum *VL 12102* sine
[c] XL *München 8482* quadraginta
[d] XXX *München 8482* triginta*; Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944, GW M29947* XX
[e] aliis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[f] LX *PL 688* L*; München 8482* 6[ta]
[g] XL *München 8482* quadraginta
[h] parvorum secundum *fehlt VL 12102*

## 132.

REGULARIBUS SINE GRADU LX, SED IN NON REDUCTIS LXXX[a].

Item regularibus non graduatis in partibus reductis LX[b] et in non reductis LXXX[c] librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime[d].

---

[a] Regularibus - LXXX *Sevilla 7*
[b] LX *München 8482* sexaginta
[c] LXXX *München 260, München 8482* octuaginta
[d] secundum taxationem decime *fehlt VL 12102, Lucca 292*

## 133.

TAXA IN ALAMANIA, ANGLIA, SCOTIA ET IBERNIA[a].

Item in Alamania cum argenti[b] nec non in Anglia, Scotia et Hibernia cum sterlingorum marchis detur secularibus non graduatis, si cum cura, XXV[c] et, si sine cura, XVIII[d] nec non regularibus XXX[e] marcharum secundum taxationem decime.

---

[a] Taxa - Ibernia *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] cum argenti *VL 12102, Lucca 292* et Hispania
[c] XXV *Bamberg 68, München 8482*, *GW M29935-M29936, GW M29947* vigintiquinque*; Würzburg 131* XXX
[d] XVIII *Bamberg 68, Firenze 64, GW M29935, GW M29947* decem et octo
[e] XXX *Bamberg 68, München 8482*, *GW M29936, GW M29947* triginta

## 134.

IN ITALIA, SI CUM CURA, [LX ET, SI] SINE CURA, X‹L›[a].

Item in Italia, si cum cura, LX[b] et, si sine cura, XL[c] florenorum auri[d] secundum taxationem decime.

---

[a] In - XL *Sevilla 7*
[b] LX *München 8482* sexaginta
[c] XL *Firenze 64* quadraginta
[d] auri *fehlt Sevilla 7*

## 135.

TAXA IN FORMA PAUPERUM[a].

Item in forma pauperum in partibus Gallicanis[b] reductis, si cum cura, XXX[c] et, si sine cura, XXV[d]; in[e] non reductis vero, si cum cura, L[f] et, si sine cura, XXX[g]; in Hispania autem et Aragonia, si cum cura, XL[h] et, si sine cura, XXV[i] librarum Turonensium parvorum[j]; in[k] Alamania, si cum cura, XX[l] et, si sine cura, XV[m] marcharum argenti; in Anglia vero, Scotia et Hibernia, si cum cura, XXX[n] et, si sine cura, XX[o] marcharum sterlingorum secundum taxationem decime[p].

---

[a] Taxa - pauperum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Habens in forma pauper[um] in partibus Gallicanis reductis cum cura debet habere X[XX], sine cura XXV, in non reductis L cum cura, ab[sque] XXX, in Hispania et Ara[gonia] XL cum cura et XXV sin[e] cura, in Alamania, [Anglia,] Scotia et Hibernia videtur h[abere ...]
[b] Gallicanis *GW M29935* Gallicani
[c] XXX *München 8482* triginta
[d] XXV *München 8482* vigintiquinque
[e] XXV in *München 260* XX VIII *(!)*
[f] L *München 8482* quinquaginta
[g] XXX *Eichstätt 577, München 8482* triginta
[h] XL *München 8482* quadraginta
[i] XXV *München 8482* vigintiquinque
[j] in Hispania - parvorum *fehlt Eichstätt 577*
[k] in *Eichstätt 577* Item in
[l] XX *Eichstätt 577, München 8482* viginti*; München 260* XXV
[m] XV *PL 688, Lucca 292, München 8482* quindecim*; Würzburg 131* XXV

[n] XXX *München 8482* triginti
[o] XX *München 8482* viginti*; VL 12102* XXV
[p] in Anglia - decime *fehlt PL 688;* secundum - decime *fehlt VL 12102*

## 136.

QUOD NON DEROGETUR STATUTIS DE OPTANDO ET OBTINENDO PRESTIMONIA, NISI SUFFICIENS SIGNATURA HABEATUR[a].

Item, quod privilegiis, statutis seu consuetudinibus[b] de optando[c] vel assequendo[d] maiores aut alias prebendas vel obtinendis[e] per illos[f], qui canonici cathedralium ecclesiarum[g] aut in eis beneficiati non fuerint, prestimoniis, prestimonialibus[h] portionibus seu simplicibus beneficiis ac non recipendis illegitimis[i] et dumtaxat graduatis nullatenus derogetur, nisi seorsum sufficiens signatura desuper habeatur.

[a] Quod - habeatur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Mandat, quod absque signatura p[ape] non derogetur privilegiis, statu[tis] et consuetudinibus, quibus cavetur, [quod] non fuerint canonici ecclesie [...] vel ibi beneficiatus non possit [...] optare maiores prebend[as], [...] habere ibi prestimonia vel quod recipiatur ibi oblegia, sed detur graduatis
[b] consuetudinibus *München 577* conditionibus
[c] optando *fehlt PL 688*
[d] assequendo *Sevilla 7* assumendo
[e] obtinendis *GW M29935, GW M29944-M29945* obtinendo
[f] aut - illos *fehlt VL 12102;* vel - illos *fehlt Lucca 292*
[g] ecclesiarum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[h] aut in - prestimonialibus *fehlt PL 688*
[i] illegitimis *fehlt PL 688*

## 137.

QUOD GRADUATI PREFERANTUR IN ASSECUTIONE PAROCHIALIUM HABENTIUM DUO MILIA COMMUNICANTIUM[a].

Item, quod magistri, licentiati[b], baccalarii formati in theologia nec non doctores seu cum rigore examinis licentiati in iure canonico vel civili reliquis etiam[c] sub pari vel maiori[d] data expectantibus in assecutione[e] parochialium ecclesiarum habentium communi[f], que[g] secundum famam[h] publicam attendatur, extimatione duo milia communicantium[i] omnino[j] preferantur.

[a] Quod - communicantium *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577(b)* De parochialibus habentibus duo milia*; Sevilla 7* Mandat, quod graduati hic con[tenti] preferantur aliis in assecutione [ecclesie] parochialis usque ad summam d[ue] milium [...] si ecclesia [...] habet due milia
[b] *Bamberg 68, GW M29947 folgt* et
[c] etiam *Würzburg 131* et
[d] vel maiori *fehlt Firenze 64, München 260, Würzburg 131*
[e] in assecutione *VL 12102* massariorum in

[f] habentium communi *VL 12102, Lucca 292* habentur*;* communi *Sevilla 7* communiter
[g] communi que *PL 688* ratione
[h] famam *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, München 260, München 577(a), GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* formam
[i] communicantium *VL 12102, Lucca 292* concommunicantium*; GW M29935, GW M29944* communicantio
[j] omnino *fehlt Sevilla 7; Eichstätt 577* non

## 138.

QUOD IN PARTIBUS ULTRAMONTANIS ETC. NON POSSINT ACCEPTARI, NISI PER CERTOS GRADUATOS ET OFFICIALES[a].

Item, quod[b] in partibus ultramontanis dignitates, licet maiores vel principales non sint, ratione quarum eas obtinentes[c] pro[d] tempore capitulis preesse et singularum personarum ibidem exercere[e] curam animarum habuerint[f], per alios quam magistros, licentiatos seu baccalarios formatos in theologia aut doctores seu[g] licentiatos in iure canonico vel civili aut in medicina vel in artibus, qui post suorum in eis graduum susceptionem per triennium[h] rexerint[i] vel studuerint, magistros aut apostolice sedis officiales vigore seu pretextu litterarum super expectativis gratiis acceptari[j] non[k] possint.

[a] Quod - officiales *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Quod nullus possit acceptare [vi]gore gratie expectative [di]gnitates etiam non principales, [q]ue pro tempore requirunt [c]uram animarum [...]quarum personarum et requirunt, [quod] eas obtinentes debeant [a]liquo tempore preesse capitulis etc., [n]isi fuerint graduatus hic contentus vel officialis apostolice sedis *und mit Verweiszeichen auf* officiales*:* Ergo etiam abbreviatores de parco *(?)* minori vel prima visione possint
[b] quod *fehlt PL 688, Eichstätt 577*
[c] obtinentes *PL 688* obtinendas
[d] pro *München 8482* quo
[e] exercere *fehlt Firenze 64*
[f] habuerint *GW M29945* habuerit
[g] licentiatos - seu *fehlt Firenze 64*
[h] triennium *VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, Würzburg 131* biennium
[i] rexerint *VL 12102* traxerint*; GW M29935* rexereint
[j] acceptari *fehlt München 260*
[k] non *fehlt VL 12102, Lucca 292*

## 139.

QUOD DOCTORES, LICENTIATI IN ALTERO IURIUM ET GRADUATI IN THEOLOGIA NON EXAMINENTUR[a].

Item doctores in iure canonico vel civili ac in[b] theologia vel medicina et, qui per aliquos annos rexerint ac legerint in artibus, magistri nec non in aliquo ex iure vel theologia huiusmodi[c] cum rigore examinis licentiati ac baccalarii in ipsa theologia non examinentur.

[a] Quod - examinentur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Graduati hic contenti non debunt examinari
[b] in *fehlt PL 688, München 577, GW M29935, GW M29944-M29945*
[c] vel theologia huiusmodi *fehlt PL 688, Eichstätt 577*

## 140.

QUOD HOSPITALIA ET PIA LOCA ALIA NON COMPREHENDANTUR IN EXPECTATIVIS[a].

Item hospitalia, domus leprosorum aliaque pia loca[b] nec non laicis assignari solita et claustralia officia sub expectativis gratiis minime comprehendantur.

[a] Quod - expectativis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Sub expectativis non veniunt hospitalia et pia loca etc.
[b] loca *fehlt Eichstätt 577*

## 141.

QUOD NULLUS IMPETRET GRATIAM EXPECTATIVAM EXTRA SUAM NATIONEM[a].

Item[b] nullus expectativam gratiam[c] extra suam nationem impetret, nisi[d] idioma[e], quod[f] communiter homines loquuntur ibidem, intelligat et intelligibiliter[g] loqui sciat, alioquin huiusmodi gratia sit nulla.

[a] Quod - nationem *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Nullus debet habere expectationem extra suam nationem, nisi intelligat idioma et loquatur earum diocesis
[b] *München 577, Sevilla 7 folgt* quod
[c] gratiam *fehlt VL 12102*
[d] nisi *München 14700* nec
[e] idioma *VL 12102* ultima*; GW M29944* idonia
[f] quod *GW M29944-M29945* que
[g] et intelligibiliter *VL 12102* generaliter*;* intelligibiliter *fehlt München 14700*

## 142.

QUOD NULLUS POSSIT ACCEPTARE BENEFICIUM VIGORE EXPECTATIVE LITTERIS NON EXPEDITIS[a].

Item[b] nullus vigore gratie expectative vel revalidationis eius[c] litteris[d] desuper non[e] confectis aliquod beneficium acceptare valeat et alias acceptatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti[f].

[a] Quod - expeditis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Non valet acceptatio beneficii antequam littere sint confecte
[b] *München 577 folgt* quod
[c] vel - eius *fehlt München 14700*
[d] *PL 688, Eichstätt 577 folgt* apostolicis
[e] non *fehlt München 260*
[f] et - momenti *fehlt München 14700*

## In[a] forma pauperum[b]

[a] In *München 260* Regule in*; Sevilla 7* Expectative in

[b] In - pauperum *fehlt VL 12102, Lucca 292, München 8482, Würzburg 131*

## 143.

LITTERE IN FORMA PAUPERUM DEBUNT DARI AD UNAM COLLATIONEM EPISCOPI VEL, SI AD DECANUM ET CAPITULUM DENTUR, DEBET ADDI „COMMUNITER VEL DIVISIM". ET DIVIDITUR HIC, IN QUIBUS DEBET APPROBARI LITTERAS IN FORMA PAUPERUM, QUOD IN HISPANIA ET GASCONIA BENE DEBET LEGERE ET BENE CANTARE, COMPETENTER CONSTRUERE ET ETIAMSI NIHIL CANTET[a].

Item voluit idem dominus noster, quod pro pauperibus clericis beneficiandis dentur littere in ea forma, secundum quam pro eis[b] tempore[c] felicis recordationis Martini pape quinti[d] scribi consuevit, videlicet ad unum collatorem[e], salvo quod, si ad collationem decani et capituli vel abbatis et conventus aut abbatisse et conventus[f] impetraverint[g], detur clausula „Communiter vel divisim", ubi antiquitus[h] dumtaxat dabatur[i] „Communiter"; et ipsi[j] iuxta eorum sufficientiam locentur[k] per „Tria[l] bene" vel „Duo bene[m] et unum competenter" vel „Duo bene[n] et[o] unum debiliter" aut „Duo competenter in lectura et constructione[p] et unum male in cantu"; per totam vero[q] Hispaniam et Gasconiam habentibus „Bene legit[r], competenter construit et nihil cantat" vel habentibus ad minus[s] tria „Competenter" detur[t] ad[u] beneficium cum cura, sed habentibus duo[v] „Competenter", etiamsi unum sit in cantu, detur ad beneficium sine cura.

[a] Littere - cantet *Sevilla 7*
[b] pro eis *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[c] tempore *fehlt München 260*
[d] quinti *Firenze 64, München 260, München 577* V; *München 8482, Sevilla 7 folgt* predecessoris sui
[e] unum collatorem *VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131* unam collationem
[f] aut - conventus *fehlt Sevilla 7;* et conventus *fehlt München 260*
[g] impetraverint *Bamberg 68, München 260, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* impetraverit
[h] antiquitus *München 260* aut quibus
[i] dabatur *fehlt Sevilla 7*
[j] ipsi *München 260* ibi
[k] locentur *VL 12102* letentur
[l] et ipsi - Tria *fehlt Würzburg 131*
[m] breve *VL 12102* beneficia
[n] Duo bene *Eichstätt 577* duobus*;* bene *VL 12102* beneficia
[o] et *VL 12102* in
[p] constructione *München 260* constitutione
[q] vero *fehlt Sevilla 7*, *GW M29935*, *GW M29944-M29945*
[r] Bene legit *VL 12102* beneficia legittime
[s] ad minus *fehlt Lucca 292, VL 12102*
[t] detur *VL 12102* habetur et debetur
[u] ad *fehlt Bamberg 68, VL 12102, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[v] Competenter detur – duo *fehlt Würzburg 131*

## 144.

PREROGATIVA PAUPERUM QUOAD BENEFICIUM SINE CURA[a].

| *Alle anderen Textzeugen.* | *München 14700.* |
|---|---|
| Item idem dominus noster pauperibus clericis providere cupiens voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui suas in forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consuevit, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis litteras obtinuerint, in ipsorum assecutione beneficiorum, que sine cura et non canonicatus et prebende vel personatus fuerint, singulis aliis ibidem ecclesiastica beneficia sub quacumque etiam maiori[b] data per apostolicas litteras[c] expectantibus et tunc beneficia, quorum fructus etc. ultra decem[d] florenos[e] auri de Camera secundum communem extimationem annuatim valeant[f], obtinentibus omnino preferentur. | Statuit dominus noster sanctissimus, quod in beneficiis sine cura, si non canonicatus et prebende et personatus fuerint et quorum fructus etiam ultra X florenos auri de Camera secundum communem extimtionem annuatim valeant, omnibus aliis beneficiatis sub quacumque etiam maiori data omnino preferantur. |

[a] Prerogativa - cura *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Habens in forma pau[perum] prefertur aliis obtinentibus bene[ficia] X ducato [...] in beneficiis [...] content(is)
[b] etiam maiori *fehlt VL 12102, Firenze 64, Lucca 292*
[c] litteras *fehlt München 260*
[d] decem *Sevilla 7, Würzburg 131* X
[e] florenos *fehlt Sevilla 7*
[f] annuatim valeant *VL 12102, Lucca 292* valoris auri

## 145.

QUOD HABENTES BENEFICIA XXIIII LIBRARUM VEL DIGNITATES ETC. POSSINT EXPEDIRE IN FORMA PAUPERUM ETC.[a]

| *Alle anderen Textzeugen.* | *München 14700.* |
|---|---|
| Item, quod[b] omnes et singuli obtinentes beneficia XXIIII[c] librarum vel similis monete communi extimatione[d] valoris annui[e] et etiam non habentes possessionem beneficiorum[f], in quibus se asserunt ius habere | Item in communi forma pauperum possint litteras impetrare habentes beneficia XXIII‹I› librarum communi extimatione annui valoris, ita tamen, quod per assecutionem alterius alia dimittere teneantur. |

| | |
|---|---|
| vel super quibus[g] litigant, cuiuscumque valoris annui, quem[h] non teneantur exprimere, possint in communi[i] forma pauperum[j] litteras impetrare, ita[k] quod per assecutionem[l] alterius alia[m] dimittere teneantur. | |

[a] Quod - etc. *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 8482* Quod beneficia possint impetrare sub forma pauperum
[b] quod *fehlt München 8482, GW M29945*
[c] XXIIII *München 577* XXXX
[d] communi extimatione *VL 12102, Lucca 292* communis extimationis
[e] annui *fehlt VL 12102*
[f] beneficiorum *VL 12102* bonorum
[g] se - quibus *fehlt München 260*
[h] annui quem *PL 688* anni quatenus*;* quem *VL 12102, Lucca 292* quod
[i] communi *VL 12102, Lucca 292* tali
[j] pauperum *fehlt VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131*
[k] ita *VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131* Item
[l] assecutionem *Würzburg 131* assertionem
[m] alia *VL 12102, Lucca 292* illa

## 146.

PAUPER CLERICUS POSSIT HABERE DUAS LITTERAS ET FORMAM TAXE SPECIALIS[a].

Item, quod idem[b] pauperes clerici, si graduati sint, possint habere duas litteras et formam taxe specialis.

[a] Pauper - specialis *Sevilla 7*
[b] idem *Bamberg 68, München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29947* iidem*; VL 12102, Lucca 292* interim

## 147.

QUOD PAUPERES POSSINT LOCARI EXTRA SUAM PROVINCIAM[a].

Item, quod ipsi[b] pauperes[c] extra suam[d] provinciam locari possint, si ibidem per sex[e] annos moram traxerint, vel etiam in aliis diocesibus, ubi suam perpetuam[f] elegerint[g] mansionem, et quod caveatur in litteris, quod per procuratores[h] acceptare et sibi provideri facere possint.

[a] Quod - provinciam *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; GW M29935-M29936, GW M29947 folgt* etc.*; Sevilla 7* Pauper clericus [possit] locari [extra suam] provinciam, [s]i moram ibi traxerit [per] VI annos vel elegerit perpetuam mansionem, et in litteris suis [debet] poni, quod acceptare possit per procuratorem
[b] ipsi *Firenze 64* idem*; München 260* iidem*; Würzburg 131* isti
[c] pauperes *fehlt VL 12102, Lucca 292; Sevilla 7 folgt* clerici
[d] suam *fehlt Sevilla 7*
[e] sex *VL 12102, Lucca 292, München 577* VI
[f] perpetuam *PL 688* exspectativam

[g] elegerint *GW M29945* aligerint
[h] per procuratores *PL 688* perpetrationem

## 148.

QUOD EXECTORES NON DENTUR IN CURIA, NISI ILLIS, QUI ALIQUO TEMPORE FUERUNT[a] IN CURIA, ET CONSTET DE VITA ET MORIBUS[b].

Item, quod illis, qui tanto tempore in Romana curia steterint, quod ibidem de laudabili vita et honesta eorum conversatione constare potest[c], dentur executores[d] in[e] curia, alioquin extra curiam, cum clausula „Quod si non omnes, duo aut unus eorum“ etc.[f]

[a] fuerunt *GW M29935, GW M29944-M29945* fuerint
[b] Quod - moribus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* De iudicibus dandis
[c] potest *fehlt München 260*
[d] executores *VL 12102* executiones
[e] *Sevilla 7 folgt* romana
[f] etc. *VL 12102* erit

## 149.

QUOD NULLUS DUABUS GRATIIS EXPECTATIVIS UTI POSSIT, NISI ALTERA EARUM FUERIT CONSUMPTA[a].

Item voluit, statuit et ordinavit, quod nullus duabus gratiis expectativis, etiamsi altera earum motu proprio concessa fuerit, nisi una illarum tempore date concessionis alterius consumpta[b] extiterit, uti possit, sed, si tales due gratie altera non[c] consumpta sibi concesse fuerint et expeditis[d] super utraque illarum[e] litteris apostolicis[f] in expeditione litterarum, quas postremo expediri[g] fecerit, mentio de prima[h] facta non fuerit vel non elegerit seu mentem suam super hoc, qua gratiarum huiusmodi uti[i] voluerit, in[j] presidentia[k] Cancellarie[l] apostolice, etiam coram ipsius Cancellarie[m] notario non declaraverit[n], effectu careat[o] utriusque gratiarum earundem.

[a] Quod - consumpta *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Nullus possit uti duabus gratiis expectativis, nisi prima fuerit consumpta, alias earum utraque, nisi in secundam fiat mentio prioris vel eas obtinens declarat, qua illarum vult uti, in Cancellaria apostolica
[b] consumpta *VL 12102* sumpta
[c] non *VL 12102* nam
[d] expeditis *VL 12102, Lucca 292, München 260* expedite
[e] illarum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[f] apostolicis *fehlt München 577*
[g] postremo expediri *VL 12102, Lucca 292* ex primo expedire
[h] prima *VL 12102* persona

[i] uti *fehlt Bamberg 68, GW M29936, GW M29947*
[j] in *fehlt München 8482*
[k] presidentia *PL 688* prima*; Eichstätt 577* presentia
[l] Cancellarie *PL 688* Camere*; GW M29947* concellarie
[m] etiam - Cancellarie *fehlt PL 688;* Cancellarie *GW M29947* concellarie
[n] coram - declaraverit *fehlt München 577*
[o] careat *GW M29945* carcat

## 150.

QUOD NULLUS CREATUS CANONICUS HABENS AD PRESTIMONIA POSSIT ACCEPTARE BENEFICIA SERVITORIA[a].

Item[b], quod nullus vigore cuiuscumque gratie expectative per ipsum dominum nostrum sibi[c] de canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii nec non prestimoniorum[d], prestimonialium[e] portionum et simplicium beneficiorum sub quacumque verborum[f] forma[g] concedende[h] aliquod servitorium[i] beneficium[j] acceptare vel de illo sibi provideri facere[k] possit[l], decernens[m] irritum etc.

[a] Quod - servitoria *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* Canonicus creatus non possit simplex beneficium acceptare*; Sevilla 7* Habens expectativam ad canonicatum et ad dignitates etc. et ad prestimonia et simplicia beneficia non possit acceptare beneficium secundum extra, alias, si fac‹er›it, non valet etc.
[b] *Sevilla 7 folgt* voluit, statuit et ordinavit
[c] sibi *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[d] prestimoniorum *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[e] prestimonialium *VL 12102* prestimoralium
[f] verborum *fehlt VL 12102, Lucca 292, Sevilla 7, Würzburg 131*
[g] forma *fehlt München 260*
[h] concedende *PL 688*, *Eichstätt 577, Lucca 292, München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* concedendarum*; Sevilla 7* excedende*; Würzburg 131* concedendum
[i] *VL 12102, Lucca 292 folgt* officium alias
[j] beneficium *fehlt Firenze 64*
[k] facere *fehlt GW M29945*
[l] possit *fehlt VL 12102, Firenze 64, Lucca 292*
[m] decernens *VL 12102* non

## 151.

QUOD NULLUS VIGORE EXPECTATIVE POSSIT ACCEPTARE BENEFICIUM GENERALITER RESERVATUM[a].

Item[b] statuit et ordinavit, quod nullus[c] vigore cuiuscumque[d] gratie expectative quodcumque ecclesiasticum beneficium dispositioni apostolice generaliter[e] reservatum, etiamsi alias sub huiusmodi gratia comprehendi[f] videretur[g] acceptare, et de illo sibi provideri facere possit sive[h] debeat, decernens[i] irritum et inane, quidquid secus contigerit attemptari.

[a] Quod - reservatum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Nullus habens quamcumque gratiam expectativam possit acceptare quodcumque beneficium ecclesiasticum reservatum sedi apostolice generaliter, etiamsi alias videtur comprehendi sub eadem gratia, alias est irritum et contrafactum etc.
[b] *GW M29936 folgt* voluit
[c] *VL 12102, Lucca 292, München 8482, Sevilla 7, Würzburg 131 folgt* in antea
[d] cuiuscumque *Bamberg 68, PL 688, GW M29936, GW M29947* cuiusvis
[e] generaliter *fehlt Eichstätt 577; PL 688* specialiter
[f] comprehendi *GW M29935, GW M29944-M29945* comprehendendum
[g] *videretur GW M29944* videtur
[h] sive *München 8482* sibi
[i] *München 8482, Sevilla 7 folgt* idem dominus noster

## 152.

Quod acceptans beneficium teneatur infra mensem sibi facere de illo[a] provideri et infra alios tres menses insinuare etc.[b]

Item voluit et ordinavit, quod quicumque vigore gratiarum expectativarum acceptaverint quecumque ecclesiastica beneficia secularia vel regularia cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebende ac dignitates, personatus[c], administrationes vel officia fuerint, teneantur et debeant infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de huiusmodi beneficiis per eos, ut prefertur, acceptatis sibi[d] per suos executores vel subexecutores facere provideri, alioquin lapso[e] dicto mense huiusmodi acceptationes[f] per eos[g] facte et quecumque inde secuta quoad[h] numerum et qualitatem beneficiorum, que acceptationes[i] concernerent[j] vel concernere possent[k], eo ipso sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti; et quod infra tres menses ex tunc[l] immediate sequentes teneantur huiusmodi acceptationes in loco beneficii publicare, alias gratia et[m] acceptatio ac provisio huiusmodi sint nulle, nec non a tempore provisionum[n] prefatarum[o] illas ac dictas publicationes ipsorum possessoribus[p] beneficiorum[q], si qui tunc alioquin postea[r], quamprimum[s] fuerint, infra annum intimari facere vel super[t] iure, si[u] quod eis in dictis beneficiis competere[v] putaverint, iudicialiter[w] experiri[x] debeant et teneantur, alioquin, si[y] postmodum ipsis in dictis beneficiis[z] ius competiisse constiterit, gratie quoad numerum et[aa] qualitatem beneficiorum huiusmodi nec non acceptationes et provisiones predicte nullius sint roboris vel momenti. Presentes tamen in Romana curia publicationes huiusmodi in Audientia contradictarum per auditorem[bb] eiusdem vel tempore vacationum et, quotiens[cc] Audientia huiusmodi non tenetur, in Cancellaria apostolica coram inibi presidentibus per illius notarium fieri[dd] facere possint, ipseque notarius pro singulis protocollis de duobus bolendinis[ee] et pro[ff] instrumentis, que desuper confecerit, de quattuor[gg] grossis Turonensium contentetur. Ac decrevit idem dominus noster, si dictos acceptantes in habendis provi-

sionibus et faciendis publicationibus[hh] huiusmodi deficere vel negligentes esse contigerit, quod[ii] locorum ordinarii, ad quos id[jj] alias pertinuerit, perinde[kk] de dictis beneficiis post prefatos[ll] menses disponere possint, ac si gratie predicte etiam cum decretis irritantibus nullatenus emanassent.

---

[a] de illo *fehlt GW M29944*
[b] Quod - etc. *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 260* De publicatione provisionum et acceptationum*; München 577* De diligentiis faciendis*; Sevilla 7* Nota, quod non faciens sibi provideri de beneficiis, que a[cceptavit] [...] gratiam suam ad illa facit [...] ut in constitutione Presenti li. V VI *(= VI 5.11.10) und* Ista regula dividitur in [...] partes principales. In prima d[icit, quod] acceptans beneficium vigore gratie debet sibi facere provid[eri] infra unum mensem computand[um] a tempore acceptationis, alias a[cceptatio] sit nulla quoad numerum [et] qualitatem beneficiorum usque [ad ...] et quod infra VI menses [...]. 2[a] ibi dicit, quod infra [...] III [menses] ex tunc computandos te[neatur] acceptans et provisus publicare acceptationem et provisionem in loco beneficii, alias g[ratia], acceptatio et provisio sint nulle, et hoc usque ibi [...] tempore provisionum g[ratie] ibi debet, predictus acceptans et provisus teneatur iurium possessoribus ipsorum beneficiorum dictas provisiones int[imare] infra annum et teneatur [...] secum iudicialiter, aliter littera est nulla quoad numerum et qualitatem beneficiorum [...]*;* etc. *fehlt GW M29945*
[c] personatus *GW M29945* perscnatus *(!)*
[d] sibi *fehlt VL 12102*
[e] lapso *fehlt Eichstätt 577*
[f] acceptationes *VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131* acceptationis
[g] per eos *München 577* pro eo
[h] quoad *PL 688* quorum
[i] *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947 folgt* huiusmodi
[j] concernerent *GW M29935, GW M29944-M29945* concernent
[k] possent *GW M29935, GW M29944-M29945* possint
[l] ex tunc *fehlt München 260;* tunc *GW M29935, GW M29944-M29945* nunc
[m] gratia et *PL 688, München 577, Sevilla 7* gratiarum*; GW M29945* gratie*;* et *fehlt GW M29935, GW M29944*
[n] provisionum *GW M29935, GW M29944-M29945* provisionis et acceptationis
[o] prefatarum *München 260* privatarum*; München 577* factarum*; GW M29935, GW M29944-M29945* prefactarum
[p] possessoribus *PL 688, VL 12102* possessionibus
[q] beneficiorum *fehlt Firenze 64*
[r] postea *fehlt PL 688, Eichstätt 577, VL 12102, Lucca 292, Würzburg 131*
[s] quamprimum *VL 12102, Lucca 292* quamplurimum
[t] super *München 260* supra
[u] si *fehlt VL 12102, Lucca 292, München 8482, Würzburg 131*
[v] competere *GW M29936* competre *(!)*
[w] iudicaliter *fehlt München 577*
[x] experiri *PL 688, VL 12102* expediri*; München 577* aperiri
[y] si *fehlt München 260*
[z] competere – beneficiis *fehlt Würzburg 131*
[aa] numerum et *fehlt PL 688*
[bb] auditores *Würzburg 131* audientiam
[cc] quotiens *VL 12102, Lucca 292* quominus
[dd] fieri *fehlt Sevilla 7; PL 688* sibi
[ee] duobus bolendinis *VL 12102* ducibus bolendinis
[ff] pro *PL 688* de
[gg] quattuor *Firenze 64, München 577, GW M29936, GW M29944-M29945,* IIII
[hh] publicationibus *PL 688* supplicationibus
[ii] quod *fehlt München 260; München 8482* quo
[jj] ad quos id *VL 12102* quoad
[kk] perinde *PL 688, München 260* provide
[ll] prefatos *PL 688, München 260* privatos

### 153.

Item voluit, quod, ubi plures ad eandem ecclesiam vel collationem et sub diversis datis expectantes fuerint, etiam habentes inibi de minoribus datis gratias sub[a] illis cadentia beneficia iuxta formam litterarum desuper confectarum acceptare nec non eis de illis provideri facere valeant, salvo tamen quod in datis huiusmodi potiores, si in acceptationibus faciendis, provisionibus et publicationibus requisitis non defecerint, reliquis in ipsorum assecutione beneficiorum preferantur et, si defecerint, pro reliquis predict(e) acceptationes, provisiones, publicationes recte fact(e) iuris ordine sortiantur effectum, non obstantibus decretis inibi contentis et aliis contrariis quibuscumque.

---

[a] sub *Sevilla 7* super

### 154.

Item voluit idem dominus noster, quod, si quis pro quocumque beneficio causam committi faciens infra annum a die, qua iudici desuper commissio huiusmodi presentata fuerit, singula, quibus uti dicta die potuisset, iura non produxerit nec omnes inde substantiales terminos observare fecerit, beneficium ipsum propterea litigiosum minime reputetur.

### 155.

FACULTAS ORDINARIORUM DE QUATTUOR MENSIBUS[a].

| *Alle anderen Textzeugen.* | *München 14700.* |
|---|---|
| Item, ut prelati et alie persone ecclesiastice, ad quos dignitatum aliorumque[b] beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio[c], presentatio, electio[d] seu quevis alia dispositio pertinet, ab eodem domino nostro gratias et favores reportasse[e] dinoscantur, ipse dominus noster personis et prelatis predictis de quibusvis dignitatibus, personatibus[f], administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis nec non aliis beneficiis eccle- | Decrevit idem dominus noster, si habentes gratias in acceptationibus provisionibus, ut premittitur, deficerent[2], quod locorum ordinarii, ad quos collationes spectant, post prefatos menses disponere possint, et quod collatores in mensibus martii, iunii, septembris, decembris de beneficiis ac aliis dispositionibus conferre et disponere possint, ad quinquennium a dato (!) diei kalendis martii pontificatus sui anno primo, non |

---

[2] *Bezieht sich offenbar auf Nr. 119*.

| | |
|---|---|
| siasticis[g] cum cura vel sine cura secularibus ac regularibus ad eorum[h] collationem, provisionem, presentationem[i], electionem[j] seu quamvis aliam dispositionem[k] pertinentibus, que infra quinquennium a data[l] diei kalendas aprilis[m] pontificatus sui anno primo[1] computandum in martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolice generaliter reservatis non fuerint, perinde[n] ac si alique a sede apostolica vel eius legatis expectative gratie aut super illis reservationes non emanarent, libere disponendi concessit facultatem ac decrevit irritum et inane. | obstantibus gratiis quibuscumque a sede apostolica vel eius legatis. |

[1] *1465 April 1.*

[a] Facultas - mensibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* De mensibus ordinarii*; Sevilla 7* Dat papa facultatem ordinariis conferendi quecumque beneficia in quattuor mensibus, scilicet in martio et iunio et septembri ac decembri perinde, ac si littere expectative non erant, dummodo non beneficia generaliter reservata sedis apostolice dispositioni, et decrevit inane etc. Et pondera ibi gratias et favores, quia per hoc prebet, quod, cum gratia expirant per obitum pape, ut prohibet regularum gratia, mortuo papa ordinarii non possunt conferre etiam in istis mensibus stantibus gratiis expectativis. Ex quo sequitur, quod vacante sedi, etiam in mensibus ordinariorum, quod possunt applicare expectantes. Et si dicas, quod reducitur regula ad ius commune etc., respondeo, quod non contra vim stante decreto gratiarum expectativarum
[b] dignitatum aliorumque *VL 12102* dignitates et aliorum
[c] provisio *fehlt Würzburg 131*
[d] electio *fehlt München 260*
[e] reportasse *Eichstätt 577* deportasse
[f] personatibus *fehlt Würzburg 131*
[g] ecclesiasticis *fehlt PL 688*
[h] eorum *Würzburg 131* aliorum
[i] electionem *fehlt VL 12102*
[j] electionem *fehlt Firenze 64*
[k] dispositionem *GW M29944-M29945* dispositionibus
[l] data *GW M29936* dicta
[m] aprilis *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 8482, Würzburg 131* martii
[n] perinde *PL 688* provide

**156.**

DE PREROGATIVIS[a].

| | |
|---|---|
| *Bamberg 68, VL 12102, Eichstätt 577, Firenze 64, München 577(a), München 8482, Sevilla 7, GW* | *GW M29935, GW M29944-M29945.* |

| M29936, GW M29947. | |
|---|---|

Item prefatus sanctissimus[b] dominus noster intendens[c], quod prelationes[d] sive prerogative in ecclesiasticis beneficiis vigore gratiarum expectativarum assequendis iuxta personarum conditiones et merita moderentur, statuit, decrevit et ordinavit, quod inter habentes gratias expectativas huiusmodi nobiles de ducum, marchionum et comitum genere, qui reputantur illustres, omnibus[e] non tam nobilibus qualitercumque qualificatis in assecutione quorumcumque beneficiorum, que huiusmodi gratiarum vigore expectant, quacumque diligentia[f], receptione vel creatione in canonicos non obstantibus, potiores[g] existant. Officiales vero apostolice sedis infrascripti[h], videlicet protonotarii participantes[i], litterarum apostolicarum corrector[j], eiusdem sedis subdiaconi[k] numerarii[l], causarum Palatii[m] apostolici auditores, Camere apostolice clerici[n] similiter numerarii[o] et participantes[p], curie Camere causarum[q] generalis auditor[r], abbreviatores de parco maiori sua officia actu[s] exercentes[t] dumtaxat omnibus aliis qualitercumque qualificatis, nobilibus vel graduatis, etiam creatis vel receptis in canonicos vel diligentioribus[u] in processu similiter preferantur. Alii vero nobiles ex inferiori[v] nobilium genere aliis non nobilibus ac inferiorem[w] gradum habentibus videlicet magistris et licentiatis in artibus preferantur. Magistri autem[x] et baccalarii formati in theologia, doctores[y] et licentiati cum rigore examinis etiam in altero iurium, qui[z] per triennium[aa] ad minus in loco, ubi studium vigeat generale[bb], studuerint[cc], nec non in medicina et in artibus magistri, qui post susceptum gradum aliquibus annis legerint, et in Hispaniis etiam in altero iurium baccalarii, qui in simili studio per sex[dd] annos studuerint, omnibus aliis non sic graduatis, et inter graduatos magis graduati minus graduatis et inter equaliter graduatos[ee] prius graduati[ff] et alias magis qualificati minus qualificatis - ipsius sanctissimi domini nostri pape familiaribus continuis commensalibus[gg] in libro Cancellarie[hh] apostolice[ii] non descriptis nec non singulis duodecim[jj] familiaribus[kk] singulorum[ll] sancte Romane ecclesie cardinalium per ipsos cardinales nominandis et in eodem libro describendis exceptis - pariter[mm] preferantur. Ipsi vero sic excepti, si nobiles aut graduati fuerint, quibuslibet aliis nobilibus[nn] preter illustes predictos[oo] et quibusvis[pp] etiam graduatis in beneficiorum assecutione anteferantur[qq]. Inter se[rr] autem, si concurrant[ss], gradus et nobilitatis[tt] prerogativa[uu] servetur[vv] quibus utrimque deficientibus. Familiares predicti non descripti ceteris exceptis[ww] sint potiores. Voluit tamen[xx], quod inter nobiles ex inferiori nobilium genere magistros et baccalarios in theologia, doctores in utroque vel altero iurium, familiares suos continuos commensales non descriptos et duodecim[yy] familiares singulorum dominorum cardinalium nominandos omnibus eis[zz] aliter[aaa] non qualificatis ius commune servetur. Ipsi autem[bbb] fami-

liares non descripti non qualificati familiaribus cardinalium similiter non qualificatis[ccc], ut prefertur, debeant[ddd] anteferri, et inter omnes et singulos quoscumque ceteris paribus[eee] presentes in curia et, qui illam per sex[fff] menses ante vacationem beneficiorum continue secuti fuerint, absentibus ab eadem, et inter presentes[ggg] simul concurrentes vel absentes inter se non beneficiati beneficia[hhh] quomodolibet obtinentibus preferantur, salvis prerogativis et antelationibus ceteris suis familiaribus continuis commensalibus in Cancellaria apostolica describendis per eundem dominum nostrum concedendis, quibus per hanc constitutionem noluit[iii] in aliquo derogari[jjj].

Placet, publicentur et describantur in Cancellaria, P‹etrus›[kkk1].

| | |
|---|---|
| Lecte et publicate[lll] fuerunt suprascripte regule, Rome[mmm] in Cancellaria apostolica, die decimanona[nnn2], et in Audientia contradictarum, die vicesima[ooo] mensis martii anno incarnationis dominice[ppp] MCCCCLXIIII[qqq], indictione XIII[rrr], pontificatus prefati domini nostri[sss] Pauli[ttt] pape II[uuu] anno primo[vvv3]. | Publicate, die XX mensis martii MCCCCLXIIII, anno primo. |

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1465 März 19*.
[3] *1465 März 20*.

[a] De prerogativis *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577(a)* De privilegiis; *München 8482* De antelationibus
[b] sanctissimus *fehlt VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 260, München 8482, Würzburg 131*
[c] intendens *München 577(b)* attendens
[d] prelationes *Bamberg 68, München 577(a), Sevilla 7*, *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* antelationes
[e] omnibus *fehlt PL 688; München 577(a), Sevilla 7* aliis
[f] *Firenze 64 folgt unterstrichen* excep
[g] potiores *VL 12102* priores
[h] infrascripti *fehlt Eichstätt 577; GW M29944-M29945* infrascripta
[i] participantes *PL 688* participaliter
[j] corrector *PL 688, München 577(b), Würzburg 131* correctores*; VL 12102, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* correctorum
[k] subdiaconi *VL 12102* diaconi
[l] numerarii *PL 688* notarii
[m] numerarii causarum palatii *fehlt VL 12102*
[n] clerici *VL 12102* sedis
[o] causarum - numerarii *fehlt Eichstätt 577;* similiter numerarii *fehlt München 577(a), Sevilla 7;* numerarii *PL 688* notarii
[p] partecipantes *GW M29944-M29945* principantes
[q] camere causarum *München 260* tamen*;* causarum *fehlt PL 688, GW M29935, GW M29944-M29945; GW M29947* cusarum *(!)*
[r] auditor *PL 688* audentie
[s] actu *fehlt München 260*
[t] exercentes *PL 688* exercentia

[u] diligentioribus *GW M29944-M29945* dignioribus
[v] inferiori *Firenze 64* inferiorum
[w] inferiorem *München 260* inferiorum
[x] autem *fehlt GW M29944-M29945*
[y] doctores *fehlt PL 688*
[z] qui *fehlt PL 688, Eichstätt 577*
[aa] triennium *PL 688, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 577(b), München 8482, Würzburg 131* tres annos
[bb] generale *fehlt GW M29945; PL 688* generali loco
[cc] *Firenze 64, GW M29936, GW M29947 folgt* baccalarii
[dd] sex *VL 12102, Lucca 292, München 577(a)* VI
[ee] magis - graduatos *fehlt München 577(a), Sevilla 7*
[ff] minus - graduati *fehlt München 260;* et inter equaliter - graduati *fehlt Würzburg 131*
[gg] *GW M29935, GW M29944-M29945 folgt* et
[hh] Cancellarie *VL 12102, Lucca 292* Camere
[ii] apostolice *fehlt München 577(b)*
[jj] duodecim *München 577(a), Sevilla 7* XII
[kk] familiaribus *fehlt Sevilla 7*
[ll] singulorum *fehlt PL 688, München 577(b)*
[mm] pariter *VL 12102, Lucca 292, München 8482*, *Würzburg 131* pariformiter
[nn] aliis nobilibus *Eichstätt 577* ignobilibus
[oo] predictos *fehlt Eichstätt 577; PL 688, München 577(b)* presentes
[pp] quibusvis *Sevilla 7* quibus aliis*; VL 12102, Lucca 292 folgt* aliis
[qq] anteferantur *München 8482*, *Sevilla 7* precedantur*; Eichstätt 577, München 577(a+b)* precedant
[rr] se *fehlt Firenze 64*
[ss] concurrant *Eichstätt 577* concordant
[tt] nobilitatis *Bamberg 68, Eichstätt 577, München 260, GW M29935-M29936, GW M29945* nobilitas; *VL 12102, Lucca 292* nobilitates
[uu] prerogativa *Eichstätt 577, GW M29935, GW M29944-M29945* prerogative
[vv] servetur *Eichstätt 577, Würzburg 131, GW M29935, GW M29944-M29945* serventur
[ww] exceptis *Firenze 64* conceptis
[xx] tamen *VL 12102, Lucca 292* autem
[yy] duodecim *München 577(a), Sevilla 7* XII
[zz] omnibus eis *fehlt VL 12102, Lucca 292;* eis *fehlt Sevilla 7*
[aaa] aliter *Sevilla 7* aliis
[bbb] autem *München 577(b)* tamen
[ccc] ius - qualificatis *fehlt Eichstätt 577*
[ddd] debeant *fehlt VL 12102*
[eee] partibus *VL 12102* positionibus
[fff] sex *VL 12102, Lucca 292, München 577(a)* VI
[ggg] in curia - presentes *fehlt PL 688*
[hhh] beneficia *fehlt VL 12102*
[iii] noluit P*L 688, München 577(a), München 8482, GW M29945* voluit
[jjj] *PL 688 folgt* etc. Laus Iesu Cristo*; VL 12102 folgt* Amen finis*; Lucca 292 folgt* finis*; München 14700 bietet eine Kurzform dieser Regel:* Item presentes in curia et qui illam per sex menses secuti fuerunt absentibus ab eadem et inter presentes similiter concurrentes vel inter absentes non beneficiati beneficia quomodolibet obtinentibus preferatur
[kkk] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, VL 12102, Eichstätt 577, Lucca 292, München 577(a+b), Würzburg 131 GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[lll] et publicate *fehlt VL 12102, Lucca 292*
[mmm] Lecte - Rome *Eichstätt 577* Publicate*;* suprascripte - Rome *fehlt VL 12102, Lucca 292, München 577(a); München 8482* hee regule
[nnn] die decimanona *Eichstätt 577* mercurii decimanona*;* decimanona *München 8482* martis decimanona*; München 577(a), Sevilla 7* XIX
[ooo] et - vicesima *fehlt Eichstätt 577;* vicesima *Bamberg 68, München 577(a), Sevilla 7, GW M29936*, *GW M29947* XX
[ppp] et - dominice *fehlt VL 12102, Lucca 292;* anno - dominice *fehlt München 577(a)*
[qqq] MCCCCLXIIII *Bamberg 68, München 8482*, *GW M29936*, *GW M29947* millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto

[rrr] XIII *Bamberg 68, GW M29936*, *GW M29947* tertiadecima
[sss] prefati domini nostri *VL 12102, Lucca 292* sanctissimi domini nostri domini
[ttt] *VL 12102, Lucca 292 folgt* divina providentia
[uuu] prefati - II *Bamberg 68, München 577(a), München 8482, GW M29936*, *GW M29947* sui*;* II *VL 12102* 2[i]
[vvv] Lecte - primo *PL 688* Laus Iesu Christo*;* anno incarnationis - primo *fehlt Eichstätt 577*

## 157.

TAXA REGISTRI SUPPLICATIONUM[a1].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, München 577, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[c] ad relevandos curiales et alios[d] ad Romanam curiam pro impetrationibus gratiarum confluentes ab immoderato onere expensarum et certam normam volens instituere quam magistri clerici et[e] scriptores registri supplicationum pro illis registrandis observare teneantur, mandat et statuit, quod deinceps pro registranda quacumque[f] supplicatione quantumcumque[g] prolixa gratiam vel iustitiam continente[h] non exigantur nec a sponte dantibus recipiantur nisi septem[i] bolendini aut unus grossus papalis; de supplicationibus vero brevioribus, que non excedunt octo[j] lineas, quinque[k] tantum bolendini recipi possint. Contrafacientes vero sententiam excommunicationis incurrant ipso facto, a qua nec per maiorem penitentiarium, sed per solum Romanum pontificem absolvi possint, preterquam in mortis articulo constituti, et nihilominus officiis in dicto registro sint[l] ipso facto privati. Quas penas etiam magistri incurrant, si scienter amplius exigi vel recipi permiserint, non obstantibus quibuscumque indultis apostolicis vel consuetudinibus[m] et presertim quadam bulla felicis recordationis domini Pii de recipiendis novem[n] bolendinis ex certis causis tunc concessa ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque[o].

Placet, quod[p] publicetur in Cancellaria, et ita mandamus, P‹etrus›[q2].

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata[r] fuit suprascripta regula[s], Rome[t] in Cancellaria apostolica, die secunda mensis[u] aprilis anno incarnationis dominice MCCCCLXV[v], indictione XIII, pontifi- | Publicata, secunda die[y] aprilis MCCCCLXV, anno primo. |

[1] *Regest: HOFMANN, Forschungen 2 S. 29 Nr. 118.*
[2] *Petrus Barbus = Paul II.*

| | |
|---|---|
| catus prefati sanctissimi domini nostri[w] anno primo[x3]. | |

[3] *1465 April 2*.

[a] Taxa - supplicationum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577, Sevilla 7* De taxa registri supplicationum
[b] in Christo pater et *fehlt Firenze 64*
[c] secundus *München 577, Sevilla 7* II
[d] alios *GW M29945* alias
[e] et *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*
[f] quacumque *GW M29935, GW M29944* quantumcumque
[g] quantumcumque *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936*, *GW M29944-M29945*, *GW M29947*
[h] continente *GW M29945* continentie *(!)*
[i] septem *München 577, Sevilla 7* VII
[j] octo *München 577* VIII
[k] quinque *Sevilla 7* V
[l] sint *GW M29935, GW M29945* sunt
[m] consuetis *GW M29935, GW M29944-M29945* consuetudinis
[n] novem *München 577* IX
[o] de recipiendis - quibuscumque *Bamberg 68 (2. Fassung)* ut supra proxime
[p] quod *fehlt Sevilla 7*
[q] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[r] Lecta et publicata *Firenze 64* Lectum et publicatum
[s] suprascripta regula *Firenze 64* suprascriptum mandatum
[t] Rome *fehlt Sevilla 7*
[u] apostolica - mensis *München 577* secunda*;*secunda mensis *Sevilla 7* II
[v] MCCCCLXV *Firenze 64* LXX
[w] indictione - nostri *fehlt München 577;* prefati - nostri *Sevilla 7* sui
[x] Lectum - primo *fehlt Bamberg 68 (2. Fassung), München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[y] secunda die *Bamberg 68 (1. Fassung), GW M29947* II die*; GW M29935, GW M29944-M29945* secunda

## 158.

DE TAXA IN FORMA PAUPERUM[a1].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, München 577, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa secundus[c] compatiens pauperibus clericis, qui gratias impetrant in forma pauperum, volens eorum indigentie et paupertati succurrere, ne in expeditione earundem gratiarum immoderate graventur, taxam litterarum apostolicarum super dictis gratiis iuxta consuetudinem tempore felicis recordationis domini Martini pape quinti[d] predecessoris sui laudabiliter observatam[e] taliter duxit moderandam videlicet, ut pro singulis litteris predictis quattuor[f] grossi pro abbreviatore, octo[g] pro scriptore, unus pro carta sive membrana, alius pro plumbatore, unus in registro, in quo nomen et collatio annotari consuevit, tantummodo

[1] *Regest:* H*OFMANN*, *Forschungen 2 S. 29 Nr. 120.*

persolvantur, mandans sub pena excommunicationis omnibus et singulis officialibus, ad quos spectat, ne ultra taxam predictam aliquid exigere nec a sponte offerentibus[h] recipere presument, alioquin dictam excommunicationis sententiam incurrant et per trimestre a suis officiis sint ipso iure suspensi.

Placet, quod publicetur in Cancellaria, et ita mandamus, P‹etrus›[i2].

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata fuit suprascripta regula Rome[j] in Cancellaria apostolica, die XX mensis[k] maii anno incarnationis dominice[l] MCCCCLXV, indictione XIII, pontificatus prefati domini nostri domini Pauli pape II[m] anno primo[3]. | Publicata, die vicesima[n] mensis maii MCCCCLXV anno primo. |

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1465 Mai 20*.

[a] De - pauperum *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* De taxa gratiarum in forma pauperum concessarum
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[c] secundus *Firenze 64, München 577* II
[d] *Firenze 64, München 577, Sevilla 7* V
[e] observatam *GW M29935, GW M29944-M29945* observatum
[f] *Firenze 64, München 577, Sevilla 7* IIII
[g] octo *München 577, Sevilla 7* VIII
[h] offerentibus *Firenze 64* conferentibus
[i] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[j] suprascripta - Rome *fehlt München 577;* Rome *fehlt Sevilla 7*
[k] die - mensis *München 577* XX*;* mensis *fehlt Sevilla 7*
[l] anno - dominice *fehlt München 577*
[m] prefati - II *München 577, Sevilla 7* sui
[n] vicesima *GW M29935, GW M29944-M29945, GW M29947* XX

## 159.

PROROGATIO SEX MENSIUM[a].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa secundus[c] tempus expediendi litteras apostolicas super concessionum gratiis per felicis recordationis Pium papam II predecessorem suum factis ad sex menses per sanctitatem suam prefixum et inde prorogatum usque ad alios sex menses a fine huiusmodi prorogationis computando gratiose prorogavit.

Placet, P‹etrus›[d1].

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolice, die sexta mensis augusti anno incarnationis dominice MCCCCLXV, indictione XIII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Pauli pape II anno primo[2]. | Publicata, die sexta mensis augusti[e] MCCCCLXV[f], anno primo. |

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1465 August 6*.

[a] Prorogatio - mensium *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[c] secundus *Firenze 64, Sevilla 7* II
[d] Placet Petrus *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[e] augusti *GW M29936* augustii *(!)*
[f] MCCCCLXV *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto

## 160.

PROROGATIO SEX MENSIUM ALIORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa secundus[c] tempus expediendi litteras apostolicas super concessionum gratiis per felicis recordationis Pium papam II predecessorem suum factis ad sex menses per sanctitatem suam prefixum et deinde prerogatum usque ad[d] alios sex menses a fine[e] ultime proroga-tionis computandum[f] gratiose prorogavit.

Placet, P‹etrus›[g1].

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.

[a] Prorogatio - aliorum *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947; GW M29935, GW M29944-M29945* Proroga-tio sex aliorum mensium
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[c] secundus *Firenze 64* II*; GW M29935, GW M29944-M29945 folgt* prorogavit
[d] apostolicas - ad *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* per
[e] a fine *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[f] computandum *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[g] Placet Petrus *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

## 161.

PROROGATIO SEX ALIORUM MENSIUM[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[b] papa secundus[c] tempus expediendi litteras apostolicas super concessionum gratiis per felicis recordationis Pium papam II predecessorem suum factis ad sex menses per sanctitatem suam prefixum et ad alios sex menses primo ac deinde etiam ad alios sex menses successive prorogatum usque ad[d] alios sex menses a fine ultime prorogationis huiusmodi computandos gratiose prorogavit[e].

Placet, P‹etrus›[f1].

Publicata, die quintadecima mensis[g] septembris, millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto[h2].

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1466 September 15*.

[a] Prorogatio - mensium *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[c] secundus *Firenze 64* II*; Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947 folgt* prorogavit
[d] apostolicas - ad *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* per
[e] a - prorogavit *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[f] Placet Petrus *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[g] quintadecima mensis *Firenze 64* XV
[h] millesimo - sexto *Bamberg 68, Firenze 64, GW M29936, GW M29947* MCCCCLXVI

## 162.

| | |
|---|---|
| *Firenze 64.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[a] papa secundus[b] provide[c] attendens a nonnullis revocari in dubium, an crucesignati, qui tempore felicis recordationis domini Pii pape secundi[d] ad expeditionem contra Turcos maxissimos[e] fidei catholice hostes se armis accinxerunt[f] et iter arripuerunt ac eisdem armis ad bellum decentibus[g] muniti civitatem Anconitanam[1], ubi classis ordinari[h] debuit, petierunt, licet obitu eiusdem domini[i] Pii superveniente dicta expeditio adversus eosdem Turcos ordinata ad votivum effectum deducta[j] non fuerit[k], antelationum prerogativis in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum aliorumque cum cura et[l] sine cura beneficiorum ecclesiasticorum assecutione, que vigore gratiarum expectativarum per eundem dominum Pium papam secundum[m] eis concessarum, quoad illa videlicet, que prefato Pio in humanis agente acceptarunt[n] et de quibus sibi provideri obtinuerunt, uti, po-

[1] *Ancona, Marken, Italien*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

tiri et gaudere debeant. Ad huiusmodi ambiguitatis[o] tollendum dubium voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli crucesignati, qui ad prefatam expeditionem contra eosdem Turcos se accinxerunt[p] et iter arripuerunt ac armis decentibus[q] muniti civitatem ipsam Anconitanam petierunt, ut prefertur, omnibus et singulis antelationum prerogativis in dicti domini Pii predecessoris litteris huiusmodi[r] contentis et predictis crucesignatis concessis uti, frui, gaudere et potiri debuisse et debere in omnibus et per omnia, ac si iidem crucesignati singula, que idem predecessor in litteris huiusmodi facere voluit, adimplevissent[s], decernens ita[t] per quoscumque auditores, iudices et commissarios delegatos et subdelegatos[u] in quibusvis causis[v] tam in Romana curia[w] quam extra eam in quacumque instantia indecisa[x] pendentibus iudicari, pronuntiari, sententiari et diffiniri, sublata eis et quibusvis aliis quavis alia interpretandi[y] facultate, irritum quoque et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari etc.[z]

| | |
|---|---|
| Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die VII[2], et in Audientia contradictarum, die octava mensis octobris anno incarnationis dominice MCCCCLXVI, pontificatus etc. Pauli anno tertio[3], G‹regorius› de Puteo[4]. | Publicata, die octava mensis octobris anno tertio. |

[2] *1466 Oktober 7*.
[3] *1466 Oktober 8*.
[4] *Gregorius de Puteo*.

[a] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[b] secundus *Firenze 64* II
[c] provide *GW M29935, GW M29944-M29945* providens
[d] secundi *Firenze 64* II
[e] maxissimos *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945; Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* inhumanissimos
[f] accinxerunt *Bamberg 68, Firenze 64, GW M29936, GW M29947* actinxerunt
[g] decentibus *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* decedentibus
[h] ordinari *Firenze 64* ordinarii
[i] domini *fehlt Firenze 64*
[j] deducta *GW M29935, GW M29944-M29945* reducta
[k] fuerit *GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* fuerint*; Bamberg 68* fuerunt
[l] et *GW M29945* vel
[m] secundum *Firenze 64* II
[n] acceptarunt *GW M29935, GW M29944-M29945* acceptaverunt
[o] ambiguitatis *GW M29935, GW M29944-M29945* ambiguitatum
[p] accinxerunt *Bamberg 68, Firenze 64, GW M29936, GW M29947* actinxerunt
[q] decentibus *GW M29936* decedentibus
[r] huiusmodi *fehlt Firenze 64*
[s] adimplevissent *GW M29945* adimplevisset
[t] ita *Firenze 64* itaque
[u] et subdelegatos *fehlt GW M29935, GW M29944-M29945*

[v] causis *Firenze 64* gratiis
[w] in Romana curia *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* in Roma*; GW M29935, GW M29944* in Ro(mana)*; GW M29945* n Ro(mana) *(!)*
[x] indecisa *GW M29935, GW M29944-M29945* decisa
[y] interpretandi *Bamberg 68, GW M29935, GW M29944-M29945, GW M29947* in impetrandi*; GW M29936* impetrandi
[z] etc. *fehlt Firenze 64*

## 163.

QUOD DISPENSATIO SUPER DEFECTU NATALIUM AUT SUPER DUOBUS INCOMPATIBILIBUS BENEFICIIS AUT SUPER IRREGULARITATE EXSPECIFICETUR[a] NON SOLUM IN CORPORE SUPPLICATIONIS, SED SPECIFICE ET SUCCINCTE AD PARTEM, UBI PLURA PETUNTUR[b].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[c] papa secundus[d], ut fraudibus et circumventionibus[e] obvietur ac ne aliquid concedatur[f], quod a mente sue sanctitatis sit prorsus alienum, voluit, statuit et ordinavit, quod petentes secum tam super natalium quam etatis ac etiam aliis defectibus nec non ad duo incompatibilia insimul[g] ad vitam vel ad tempus obtinenda beneficia ac etiam irregularitate aut[h] alias quomodolibet dispensari seu aliquid indulgeri aut eos ab aliquo excessu seu crimine vel delicto absolvi non solum in corpore supplicationis et clausulis ad partem generaliter in hiis, in[i] quibus plura concedi petuntur, sub hiis videlicet verbis et cum dispensatione prepetita[j] ac aliis similibus, sed specifice saltem succincte ad partem huiusmodi, super quibus dispensationes[k], indulta seu absolutiones huiusmodi petuntur[l], exprimere teneantur, decernens[m] irritum et inane, quidquid[n] secus contigerit attemptari.

Placet, publicetur et describatur[o], P‹etrus›[p1]

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.

[a] exspecificetur *GW M29935, GW M29944-M29945* expecificetur
[b] Quod - petuntur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; München 577* Regule nove
[c] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[d] secundus *Firenze 64*, *München 577, Sevilla 7* II
[e] et circumventionibus *fehlt München 577, Sevilla 7*
[f] concedatur *München 577* excedatur*; GW M29935, GW M29944-M29945* concedas
[g] insimul *fehlt Firenze 64*
[h] aut *Firenze 64* ac
[i] in *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[j] prepetita *GW M29944-M29945* preterita
[k] dispensationes *Bamberg 68* suspensiones
[l] petuntur *Firenze 64* expetuntur
[m] decernens *Bamberg 68, GW M29947* decernentes
[n] quidquid *GW M29935* quidquid
[o] publicetur et describatur *fehlt Sevilla 7*
[p] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

## 164.

IMPETRATIO AUT SURROGATIO FACTA VIVENTE HOMINE INFIRMO NON VALET[a], QUAMVIS ILLE DE ILLA INFIRMITATE MORIATUR[b].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia[c] papa secundus[d] cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium beneficia illorum presertim, quibus aut propter senium aut ob[e] infirmitatem vite[f] imminet periculum, impetrant, ut[g] illis decedentibus[h] tamquam collitigantes in eorum iuribus facilius surrogentur, voluit, statuit et[i] ordinavit, ut[j] deinceps nemo in iure vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus premissis vel similibus impetravit, aliquomodo surrogetur ac[k] gratia „Si neutri" aut „Si nulli" seu nove provisionis aut „Perinde valere" taliter impetranti nullatenus prosit, quod etiam strictissime[l] observari voluit in impetrationibus beneficiorum per privationem et amotionem ex quibusvis criminibus et excessibus forsan perpetratis, etiamsi usque ad diffinitivam sententiam, que tamen in rem non[m] transivit iudicatam, processum fuerit.

---

[a] valeat *GW M29935*, 36 valet
[b] Impetratio - moriatur *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947; Sevilla 7* Si neutri
[c] divina providentia *fehlt Firenze 64*
[d] secundus *Firenze 64*, *München 577, Sevilla 7* II
[e] ob *fehlt Sevilla 7*
[f] vite *fehlt München 577*
[g] ut *Bamberg 68, Firenze 64, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* aut
[h] decedentibus *München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* morientibus
[i] statuit et *fehlt Sevilla 7*
[j] ut *München 577, GW M29935, GW M29944-M29945* ne
[k] ac *München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* aut
[l] strictissime *GW M29947* strictissive
[m] non *fehlt Firenze 64*

## 165.

SURROGATIO FACTA IN IURE ALTERIUS MENTIONEM FACIAT CORAM QUO CAUSA PENDET INDECISA ET SUB QUIBUS TERMINIS STAT[a].

Item idem[b] dominus noster voluit, statuit et ordinavit, quod quotiens in antea aliquem super quovis beneficio ecclesiastico collitigantem in iure vel ad ius, si quod forsan eius adversario in eodem beneficio competebat, surrogari concesserit, prefatus collitigans coram quo causa pendet indecisa nec non illius statum ac ad quos terminos saltem substantiales[c] processum fuerit et veram ac specificam, ex qua legitime constare possit prefatum

collitigantem surrogationem ipsam non ambitiose querere, exprimere teneatur, alioquin surrogationes contra tenorem presentium facte nullius sint roboris vel momenti.

[a] Surrogatio - stat *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] idem *Firenze 64* sanctissimus
[c] substantiales *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* consubstantiales

## 166.

DE LICENTIA CONCESSA PRELATIS DE NON VISITANDO LIMINA[a] APOSTOLORUM[b].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, München 577, Sevilla 7.* | *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947.* |

Preterea idem sanctissimus[c] dominus noster certis ex causis rationabilibus animum suum moventibus voluit, statuit et ordinavit, quod littere apostolice prelatis super concessionibus vel signaturis de non visitandis liminibus apostolorum[d], si citramontani, infra duos, si vero ultramontani[e] fuerint, concesse[f] infra quattuor[g] menses a die publicationis presentium in Audientia faciende[h] super vero[i] concedendis similibus signaturis seu concessionibus[j] infra mensem a die concessionum seu signaturarum sibi factarum huiusmodi totaliter[k] expediantur ac petentes concessiones seu signaturas huiusmodi in eorum petitionibus, si alias eis[l] indultum fuerit, et ad quot[m] tempus exprimere teneantur, decernens[n] alias ex nunc concessionem seu signaturam huiusmodi nullius existere roboris vel momenti; quod etiam observari voluit[o] in illis, quibus dudum[p] antea[q] solam[r] signaturam ad effectum presentium sufficere concessit.

Placet, publicentur et describantur in Cancellaria, P‹etrus›[s1].

| | |
|---|---|
| Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome[t] in Cancellaria apostolica[u], anno incarnationis dominice MCCCCLXVI, die vero sabbati decima mensis[v] ianuarii pontificatus eiusdem sanctissimi[w] domini nostri domini Pauli pape II[x] anno tertio[y2], et in Audientia contradictarum[z], die duodecima[aa] mensis ianuarii eiusdem[bb3]. | Publicate, MCCCCLXVI, die vero duodecima ianuarii anno tertio[cc]. |

[1] *Petrus Barbus = Paul II.*
[2] *1467 Januar 10.*
[3] *1467 Januar 12.*

---

[a] limina *GW M29935* limia
[b] De - apostolorum *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[c] sanctissimus *fehlt Sevilla 7*
[d] apostolorum *fehlt Firenze 64*
[e] ultramontani *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* ultramontanos
[f] fuerint, concesse *alle Textzeugen* concesse fuerint
[g] quattuor *Firenze 64, München 577, GW M29944-M29945* IIII
[h] faciende *Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945* fiende
[i] vero *GW M29944-M29945* verbo
[j] concesionibus *GW M29945* excessionibus
[k] totaliter *München 577* taliter
[l] eis *fehlt Bamberg 68, München 577, Sevilla 7, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[m] quot *Bamberg 68, München 577, Sevilla 7, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* quod
[n] decernens *München 577 Lücke*
[o] vel momenti - voluit *fehlt Bamberg 68*
[p] dudum *fehlt München 577, Sevilla 7, GW M29935, GW M29944-M29945*
[q] antea *GW M29944-M29945* ante
[r] solam *Bamberg 68, München 577, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* solum
[s] Placet - Petrus *fehlt Bamberg 68, München 577, Sevilla 7, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[t] Rome *fehlt München 577, Sevilla 7*
[u] apostolica *fehlt München 577*
[v] sabbati - mensis *München 577* X
[w] sanctissimi *fehlt Sevilla 7*
[x] eiusdem - II *München 577* sui
[y] tertio *München 577* III
[z] contradictarum *fehlt Sevilla 7*
[aa] die duodecima *München 577* XII
[bb] mensis - eiusdem *München 577, Sevilla 7* eiusdem mensis
[cc] tertio *GW M29936* III

## 167.

TEMPUS EXPEDIENDI LITTERAS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster domius Paulus divina providentia papa[b] secundus[c] tempus expediendi litteras apostolicas super concessionum gratiis per felicis recordationis dominum Pium papam II predecessorem suum factas ad sex menses per sanctitatem suam prefixum et ad alios sex menses primo ac deinde etiam ad alios sex menses successive prorogatum usque ad[d] alios sex menses a fine huiusmodi[e] ultime prorogationis computandum[f] gratiose prorogavit.

Placet, P‹etrus›[g1].

Publicata in Cancelleria apostolica[h], die XXIII mensis[i] martii MCCCCLXVI ab incarnatione[j], anno tertio domini Pauli[k2].

---

[1] *Petrus Barbus = Paul II*.
[2] *1467 März 23*.

[a] Tempus - litteras *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[b] providentia papa *Firenze 64* pape
[c] secundus *Firenze 64* II
[d] apostolicas - ad *Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947* per
[e] a - huiusmodi *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29945, GW M29947*
[f] computandum *Bamberg 68, GW M29936, GW M29947* computandos*; GW M29935, GW M29944-M29945* computande
[g] Placet Petrus *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[h] in - apostolica *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[i] mensis *fehlt Firenze 64*
[j] ab incarnatione *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*
[k] domini Pauli *fehlt Bamberg 68, GW M29935-M29936, GW M29944-M29945, GW M29947*

## 168.

BULLA DE BENEFICIIS AFFECTIS[a1].

Guilielmo[1] episcopo Ostiensi et dilectis filiis nostris Iohanni[2] tituli sancte Prisce, Berardo[3] tituli sancte Sabine et Nicolao[4] tituli sancte Cecilie presbiteris cardinalibus oraculo vive vocis commisimus, ut super premissis plenariam reciperent informationem, nobis relaturi seriem facti et quomodo dignitati et honori dilecti filii nostri Roderici[5] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis moderni et pro tempore existentis sancte Romane ecclesie vicecancellarii ac dilectorum filiorum abbreviatorum de parco maiori et etiam scriptorum litterarum apostolicarum, quibus propter institutionem dicti novi officii maxima fiebat iniuria, nec non commoditati omnium fere curialium nostrorum et ad ipsam curiam pro tempore venientium et etiam indemnitati illorum, qui ad premissum officium fuerant admissi, debita cum honestate provideretur. Facta igitur nobis per eosdem cardinales commissarios relatione fideli et clarissime nobis constito[c] institutionem dicti officii non fore eidem curie necessariam, sed potius inutilem et scandalosam et non solum eisdem vice-cancellario, abbreviatoribus de parco maiori et scriptoribus litterarum apostolicarum, verum etiam cunctis curialibus et ad ipsam curiam pro tempore venientibus maximum afferri prei-udicium. Ex premissis et certis aliis nobis[d] notis, legitimis et suadentibus causis pie me-morie Benedicti XII, Martini V, Eugenii IIII[e], Nicolai V[f] et Calixti III[g] etiam predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, quorum singuli auctoritatem vicecancellarii pro tempore existentis illesam conserva‹ve›runt, vestigiis inherentes de predictorum fratrum consilio auctoritate apostolica tenore presentium motu proprio non ad ipsius Roderici vicecancella-rii vel alterius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed honestatis et iustitie debito suadente institutionem dicti officii et de illo personis predictis per eundem Pium predeces-sorem factas collationes preinsertasque et alias quascumque litteras inde confectas cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis ac processus habitos per easdem et quecumque inde secuta auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia revo-camus, cassamus, irritamus et annullamus ac nullius roboris vel momenti fuisse et esse decernimus ipsasque litteras de libro Cancellarie apostolice ac registris litterarum apostoli-carum et etiam Camere apostolice et alibi, ubicumque reperiantur, penitus cassari et an-nullari volumus atque mandamus, decernentes illis ac processibus desuper habitis in iudi-cio vel extra nullam prorsus fidem adhibendam fore vel adhiberi debere. Prefatum vero Rodericum et pro tempore existentem sancte Romane ecclesie vicecancellarium nec non

[1] *Guilielmus de Estouteville.*
[2] *$$$.*
[3] *$$$.*
[4] *$$$.*
[5] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

Cancellariam apostolicam in pristinum et eundem statum, in quo erant, antequam littere preinserte emanarent, plenarie restituimus et reintegramus ac reponimus officiumque et facultatem distribuendi supplicationes ad prefatum Rodericum et pro tempore existentem vicecancellarium dumtaxat et nullum alium spectare et pertinere auctoritate ac scientia premissis decernimus et illam sibi attribuimus, districtius inhibentes tam datario nostro nunc et pro tempore existenti quam cuicumque alteri a predicto vicecancellario ac illi, cui ipse hoc duxerit committendum, ne de cetero audeat sibi ipsi vel alteri cuilibet distribuere supplicationes seu de huiusmodi distributionibus se quomodolibet intromittere. Volumus insuper et mandamus, quod omnes supplicationes, postquam registrate fuerint, ad prefatum vicecancellarium dumtaxat, ut moris est, fideliter[h] deferantur, decernentes irritum et inane, quidquid secus per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, decreti, restitutionis, inhibitionis, voluntatis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[i], tertio nonas decembris pontificatus nostri anno primo[6].

L‹eonardus› Dathus[7].

De curia.

N‹icolaus› Bregeon[8].

---

[6] *1464 Dezember 3.*
[7] *Leonardus Dathus.*
[8] *Nicolaus Bregeon.*

---

[a] Revocatio - II *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Super officio abbreviatorum
[b] nec *fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[c] *BL 2850* constilo
[d] nobis *fehlt BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[e] IIII *BL 2850* quarti
[f] V *BL 2850* quinti
[g] III *BL 2850* tertii
[h] fideliter *fehlt BL 2850*
[i] millesimo - quarto *BL 2850, Paris 4172* 1464*; VL 6343* MCCCCLXIIII

## 184.

***Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$; BL 2825**, fol. 212r; **BL 2850**, fol. 202r-202v; **VL 6343**, fol. 191v; **Paris 4172**, fol. 268r-268v; **Druck:** Tangl, KO S. 191-193 Nr. 47 (nach BL 2825).*

ORDINATIO SUPER RESTITUENDIS PECUNIIS OFFICIORUM DE PARCO MINORI REVOCATORUM[a].

Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cum pridem ex certis rationabilibus et persuadentibus causis officium septuaginta abbreviatorum per felicis recordationis Pium papam II[b] predecessorem nostrum olim institutum duxerimus revocandum et annullandum, nos volentes, quod illis ex predictis abbreviatoribus, qui pro eorum[c] ad huiusmodi officium admissione pecunias Camere apostolice solverunt, fiat restitutio, auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus, quod usque ad annum a data presentium computandum et deinde ad beneplacitum nostrum, donec et quousque summa ipsa[d] pecuniarum ipsis abbreviatoribus persolvenda integre et absque aliqua diminutione ex predictis distributionibus percepta fuerit, ex omnibus et singulis litteris[e] apostolicis tam per Cameram quam per Cancellariam apostolicam etiam sine supplicatione expediendis preterquam litteris iustitie etiam in forma „Humilibus[1]“, que taxate fuerint per illum, quem dilectus filius noster Rodericus[2] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie vicecancellarius ad hoc pro tempore duxerit deputandum, una integra taxa, que abbreviatori litterarum apostolicarum, cui supplicatio distributa foret, deberetur, in solutionem huiusmodi convertatur, inhibentes districtius dilectis filiis abbreviatoribus litterarum apostolicarum expeditioni illarum assistentibus et secretariis nostris nec non custodi Cancellarie apostolice pro tempore existentibus, ne sub pena excommunicationis litteras ipsas per Cancellariam eandem vel Cameram apostolicam, nisi prius per eundem deputandum[f] computatorem signate fuerint, expedire quoquo modo presumant, ac bullatoribus dictarum litterarum presentibus et futuris sub pena predicta ac privationis officii, ne litteris ipsis plumbum imprimant aut eas a predicta bullaria expediant vel absolvant, nisi prius littere predicte per eundem computatorem pro tempore deputatum, ut premittitur, signate fuerint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis, statuti, inhibitionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[g] millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto[h], tertio nonas decembris pontificatus nostri anno primo[3].

L‹eonardus› Dathus[4].

S‹inibaldus› de Spada[5].

---

[1] *Weder bei* T*ANGL*, *KO noch bei* H*ERDE*, *Audientia.*
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja.*
[3] *1464 Dezember 3.*
[4] *Leonardus Dathus.*
[5] *Sinibaldus de Spada.*

---

[a] Ordinatio - revocatorum *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Bulla de abbreviatoribus
[b] II *BL 2850, Paris 4172* secundum
[c] eorum *BL 2850*, *VL 6343* eorundem

[d] summa ipsa *BL 2850, VL 6343* summam ipsam
[e] litteris *fehlt VL 6343, Paris 4172*
[f] deputandum *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* deputatum
[g] incarnationis dominice *BL 2850, VL 6343* domini
[h] millesimo - quarto *BL 2850, Paris 4172* 1464*; VL 6343* MCCCCLXIIII

## 185.

***BL 2825**, fol. 213r.*

R‹odericus›[1] cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[2] episcopo Silvensi locumtenenti nostro, salutem. Experti sepenumero, que sit virtus, vestra prudentia, integritas et fides, ex quibus laudem et benevolentiam apud omnes facile vobis queritis, et cum nihil magis p(aternitatem) v(estram) curare didicerimus[a] quam ea facere, que nobis grata sint et honori officii nostri conducant, in quo iam dudum onera vestra usi sumus. Cum ad balnea per aliquot dies ituri simus, cupimus et statuimus, ut par est, ne interea in Cancellaria apostolica aliquod desit. Harum serie vos locumtenentem nostrum in ea, dum abesse nos continget, facimus et dimittimus et omnem facultatem, arbitrium et potestatem vobis concedimus, ut omnia et singula faciatis et exequamini, que nosmet faceremus et facere possemus, si adessemus, que quidem ad locumtenentem huiusmodi pertinent et aliis vicibus, quibus eandem facultatem vobis concessimus, facere consuevistis, mandantes omnibus et singulis officialibus dicte Cancellarie et ceteris, ad quos spectat, ut in hiis, que ad officium nostrum huiusmodi et Cancellariam apostolicam pertineant, vobis obediant et pareant sicut persone nostre. Dat. Rome in palatio nostro, die quarta maii millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto[3], sub fide nostri maioris rotundi sigilli.

A‹ntonius de› Tridento[4].

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Alvarus Alfonsi.*
[3] *1465 Mai 4*.
[4] *Antonius de Tridento.*

[a] didicerimus *BL 2825* didiscerimus

## 186.

***BL 2825**, fol. 213r**; BL 2850**, fol. 202v-203r; **VL 3883**, fol. 62r; **VL 6343**, fol. 192r; **Paris 4172**, fol. 269r; **Druck**: Tangl, KO S. 192f. Nr. 48 (nach BL 2825); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 29 Nr. 119.*

MANDATUM SUPER LITTERIS APOSTOLICIS IUXTA STILUM SCRIBENDIS[a].

Ut in scribendis litteris apostolicis, que ad diversas orbis partes deferuntur[b], pro dignitate mittentis[c] decor debitus observetur, sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[d] mandat et precipit omnibus et singulis[e] litterarum earundem scriptoribus tam presentibus quam futuris, ut litteras maiusculas sive capitales in principiis bullarum, illas presertim, quibus[f] nomen sue sanctitatis prenotatur, secundum stilum curie impleant, ita ut tractus[g] littere P et aliarum litterarum eiusdem nominis in circumferentiis impleatur incaustro[h] sive attramento. Insuper mandat, quod littere apostolice scribantur in cartis sive membranis amplis et magnis secundum diversitatem rerum cum decentibus spatiis, ita quod in ipsis litteris non fiant multe rasure saltem nimium apparentes et deformes[i] aut tertiam partem linee transcendentes. Mandat preterea, quod ipse bulle apostolice littera distincta, pulcra et formata secundum predictum stilum et non cursiva et inculcata scribantur. Transgressores vero per publicationem presentis mandati commoniti pro prima vice in decem florenis[j] auri de Camera multentur, pro secunda vero in triginta[k], pro tertia quadrimestri ab officio et emolumentis ipsius omnibus suspendantur, quod, si quarto transgressi fuerint, tamquam incorrigibiles et ex proposito delinquentes priventur officio. Quod quidem mandatum vult sua sanctitas per sancte Romane ecclesie vicecancellarium aut regentem Cancellarie pro tempore inviolabiliter observari. Et nihilominus prohibet litteras apostolicas, in quibus aliqua predictarum deformitatum apparuerit, quomodolibet per Cancellariam vel Cameram apostolicam expediri.

Placet et ita mandamus, P‹etrus›[l1].

Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXV[m], indictione XIII[n], die vero secunda[o] mensis maii pontificatus prefati[p] domini nostri domini[q] Pauli pape II[r] anno primo[s2].

---

[1] *Petrus Barbus = Paul II.*
[2] *1465 Mai 2.*

---

[a] Mandatum - scribendis *VL 6343; BL 2825* Rasure non transcedant tertiam partem linee*; VL 3883* Paulus, maiuscule, membrane ample, littera pulchra, rasure non suspecte
[b] deferuntur *VL 6343* differuntur
[c] mittentis *VL 6343* mittentes
[d] secundus *VL 3883, VL 6343* II
[e] et singulis *fehlt VL 3883*
[f] quibus *fehlt BL 2850*
[g] *BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt* eiusdem
[h] incaustro *BL 2825, BL 2850, VL 6343* inclaustro
[i] deformes *BL 2825, BL 2850, VL 3883, VL 6343* difformes
[j] florenis *VL 6343* florenos
[k] triginta *VL 3883* XXX
[l] Placet - Petrus *fehlt VL 3883*
[m] MCCCCLXV *BL 2850, Paris 4172* 1465

[n] XIII *Paris 4172* 13
[o] secunda *VL 6343* II
[p] *BL 2850 folgt* sanctissimi
[q] domini *fehlt BL 2825*
[r] II *BL 2850* secundi
[s] Lectum - primo *fehlt VL 3883*

## 187.

***BL 2825**, fol. 213v; **VL 6343**, fol. 192r-192v; **Paris 4172**, fol. 269v-270r; **Druck:** Tangl, Taxwesen S. 69f. Anm. 1 (nach BL 2825).*

Constitutio super concessione confessionalium[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[b] formam et normam instituere desiderans super plenariis remissionibus, que semel in vita et in mortis articulo conceduntur, ne passim sine exceptione quorumcumque criminum procliviores reddantur homines ad peccandum et ne crebra et repetita concessione spernantur nec non ut per officiales Cancellarie apostolice moderata et limitata taxa non excedatur, statuit et decrevit, quod in mortis articulo huiusmodi remissiones per Cancellariam expediantur secundum formam infrascriptam, que incipit „Provenit“, cuius littere taxentur ad tres grossos pro scriptore et totidem pro secretario et duo tantum pro registro tradantur, cum non sit necesse illas de verbo ad verbum registrari, sed nomina tantum inscribi, pro plumbo vero unus florenus auri de Camera et unus grossus dumtaxat recipi debeat. Et littere huiusmodi collationentur cum quinterno Cancellarie, pro qua collatione unus[c] tantum grossus[d] recipiatur. De reservatis autem semel in vita nullo modo expediantur littere, nisi cum exceptione casuum contentorum in regula pridem per suam sanctitatem edita et secundum formam „Devotionis“ infrascriptam, nisi impetrans habuerit[e] specialem signaturam et clausulam signatam ad partem huic regule specifice derogantem. Et pro expeditione ipsarum litterarum taxa a felicis recordationis Pio predecessore suo statuta servetur, videlicet pro scriptore grossi quattuor[f], pro secretario totidem, pro registro duo, pro collatione unus grossus, pro plumbo unus florenus auri cum uno grosso solvantur. Contrafacientes vero aut amplius exigentes per trimestre a suis officiis suspendantur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Tenor vero seu forma tam absolutionis in mortis articulo in forma „Provenit" quam de reservatis semel in vita, que incipit „Devotionis", infra subicitur, quas formas idem sanctissimus dominus noster in quinterno Cancellarie mandat inscribi[1].

[1] *Es folgen die beiden Formeln, vgl. Andreas* Meyer, *Der spätmittelalterliche Liber Cancellariae apostolicae als Formelbuch anhand der Beichtbriefe von Gregor XI. bis Alexander VI., Nr. 18f. (im Druck).*

[a] Constitutio - confessionalium *VL 6343*
[b] secundus *VL 6343* II
[c] dumtaxat - unus *fehlt VL 6343*
[d] grossus *fehlt VL 6343*
[e] habuerit *fehlt VL 6343*
[f] quattuor *VL 6343* IIII

## 188.

***Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$; BL 2825**, fol. 214v; **BL 2850**, fol. 203r-203v; **VL 6343**, fol. 193r-193v; **Paris 4172**, fol. 271v-272r; **GW 2069-2071**; **Druck:** BR 5, S. 183f. Nr. 2. Vgl.* Dickerhof-Borello, *Liber Septimus S. 353.*

Constitutio inserenda in alienationibus rerum ecclesiasticarum[a].

Paulus episcopus[b] servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in[c] omnibus iudiciis sit rectitudo iustitie et conscientie puritas observanda, id multo magis in commissionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonio et dispensatione pauperum non de proprio cuiusque[d] peculio agitur aut tractatur. Quapropter oportet, ut in examinandis huiusmodi alienationum causis, que a sede apostolica in forma „Si in[e] evidentem utilitatem[1]" cedant, oneratis ecclesiasticorum iudicium[f] conscientiis delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio premii iustitiam conscientiamque[g] subvertat. Monemus igitur et sub interminatione divini iudicii omnibus commissariis et delegatis huiusmodi districte precipimus, ut caute et diligenter[h] attendant causas in litteris apostolicis per supplicationes[i] expressas illasque sollicite examinent atque discutiant, testes et probationes super narratorum veritate recipiant et solum Deum[j] pre oculis habentes omni timore aut favore deposito ecclesiarum indemnitatibus consulant nec in lesionem aut[k] detrimentum earum[l] decretum quomodolibet interponant. Si quis autem commissarius aut delegatus conscientie sue prodigus in gravamen aut detrimentum ecclesie per gratiam, timorem vel sordes alienationi consenserit aut decretum vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad extimationem detrimenti ecclesie illati nihilominus

condemnandus[m], sciturus, quod, si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo nonnisi[n] per summum pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo vel fraude aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procuraverit aut per sordes vel impressionem alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrat, a qua nonnisi[o] per Romanum pontificem[p] possit absolvi, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de premissis constiterit, condemnandus[q]. Volumus autem, quod delegati et commissarii predicti de penis constitutionis nostre specifice moneantur et in quibuscumque litteris commissionum huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omnino hominum hanc paginam nostre monitionis, precepti et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum[r] Rome apud Sanctum Petrum[s], anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo[t] sexagesimo quinto[u], quinto[v] idus maii pontificatus nostri anno primo[2].

Lecta et publicata Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXV[w], indictione XIII[x], die vero quartadecima[y] mensis maii pontificatus[z] prefati domini nostri domini Pauli pape II[aa] anno primo[bb3].

---

[1] *Weder bei* T*ANGL*, *KO, noch bei* H*ERDE*, *Audientia*.
[2] *1464 Mai 11*.
[3] *1464 Mai 14*.

---

[a] Constitutio - ecclesiasticarum *VL 6343; BL 2825* De non alienandis bonis ecclesie
[b] episcopus *fehlt GW 2069-2071*
[c] in *fehlt GW 2069-2071*
[d] cuiusque *GW 2069-2071* cuiuscumque
[e] in *fehlt BL 2850, VL 6343*
[f] iudicium *Paris 4172* iudicum
[g] conscientiamque *GW 2069-2071* conscientieque
[h] caute et diligenter *GW 2069-2071* diligenter et caute
[i] supplicationes *VL 6343* supplicantes
[j] Deum *GW 2069-2070* D(omi)ni
[k] *GW 2069-2071 folgt* in
[l] earum *GW 2069-2071* eorum
[m] condemnandus *GW 2069-2071* condemnamus
[n] nonnisi *GW 2069-2071* nisi
[o] nonnisi *BL 2850, VL 6343, GW 2069-2071* nisi
[p] *BL 2850, VL 6343 folgt* non
[q] condemnandus *GW 2069-2071* condemnamus
[r] Datum *GW 2069-2071* Data
[s] apud - Petrum fehlt *GW 2069-2071*
[t] millesimo quadringentesimo *GW 2069* MCCCC
[u] millesimo - quinto *BL 2850, Paris 4172, GW 2070-2071* 1465*; VL 6343* MCCCCLXV
[v] quinto *fehlt BL 2850; VL 6343* V
[w] MCCCCLXV *Paris 4172* 1465
[x] XIII *Paris 4172* 13
[y] quartadecima *Paris 4172* 14
[z] pontificatus *fehlt Paris 4172*
[aa] II *Paris 4172* secundi
[bb] Lecta - primo *fehlt GW 2069-2071;* et publicata - primo *BL 2850* etc. prout supradictus

## 189.

***Reg. Suppl. $$$***; ***BL 2825**, fol. 214v; **BL 2850**, fol. 204r; **VL 6343**, fol. 193v-194r (nicht kollationiert)*; ***Paris 4172**, fol. 292r-292v; **Druck:** $$$; RG Paul II.?*

DE EMOLUMENTIS PROTONOTARIATUS OFFICII[a].

Paulus etc. Cum dilectus filius magister Iohannes de Laling[1] prepositus ecclesie Leodiensis notarius noster infra numerum septem notariorum de emolumentis officii notariatus huiusmodi participantium existens participationem emolumentorum huiusmodi, quam, si in Romana curia presens extitisset, capere potuisset et debuisset, hodie in manibus nostris sponte et libere cesserit ac resignaverit nosque cessionem et resignationem huiusmodi duxerimus admittendam, nos emolumenta predicti dilecto filio magistro Andree de Pilis de Fano[2] etiam notario nostro, qui de huiusmodi emolumentis hactenus minime participavit, motu proprio auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et assignamus ipsumque Andream in locum dicti Iohannis ad huiusmodi emolumentorum participationem surrogamus et deputamus, decernentes emolumenta huiusmodi eidem Andree sicut uni ex aliis notariis participantibus de cetero deberi et nihilominus dilecto filio nostro Roderico[3] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali sancte Romane ecclesie vicecancellario vel eius locumtenenti motu et auctoritate predictis tenore presentium districte precipiendo mandamus, quatenus eundem Andream ex nunc ad huiusmodi emolumentorum participationem in locum dicti Iohannis admittat et admitti faciat, ut est moris, sibique de emolumentis huiusmodi sicut uni ex ipsis participantibus notariis integraliter responderi, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicti officii etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat.

Placet et ita mandamus, P‹etrus›.

[1] *Johannes de Laling.*
[2] *Andreas de Pilis de Fano.*
[3] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

[a] De - officii *BL 2825, BL 2850, VL 6343*

## 190.

***Augsburg 238**, fol. 99v-100v; **Bamberg 68**, fol. 167v-168v**; Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$;** **BL 2825**, fol. 215r; **VL 6343**, fol. 194r-194v; **Hannover 182**, fol. 41r-41v; **Kraków 1288**, fol. 184v-185r; **München 215**, fol.*

*273v-274r;* ***München 577****, fol. 70r-70v;* ***München 664****, fol. 30r;* ***Paris 4172****, fol. 272v-273r;* ***Tübingen 439****, fol. 216ra-216va;* ***GW 2069****-****2071****,* ***GW 5728****-****5736****,* ***GW M29920****,* ***GW M22936****,* ***GW M29944****-****M29945****;* ***Druck:*** *FRIEDBERG, Corpus iuris canonici 2 Sp. 1306f. (= Extravag. com. 5.9.3).*

| | |
|---|---|
| *Augsburg 238, BL 2825, VL 6343, Hannover 182, München 215, München 664, Paris 4172, GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a).* | *Bamberg 68, Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5728-5736, GW M29920, GW M29936, GW M29944-M29945, FRIEDBERG.* |
| DECLARATIO, QUOD CONFESSIONALIA CONCESSA PER DOMINUM PAULUM PAPAM II NON SUFFRAGENTUR IN CERTIS CASIBUS[a]. | BULLA DE CASIBUS RESERVATIS[b]. |
| | Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Etsi dominici[c] gregis[d] saluti semper intenti singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere studeamus[e], per que peccatorum mole[f] deposita salus ipsa succedat et ab[g] hostis humani generis servitute[h] ereptas[i] animas lucrifaciamus[j] Altissimo, qui nobis eas[k] sua[l] bonitate commisit. Id tamen propensiori studio precavendum esse censemus, ne[m] cuiusvis indulgentie, remissionis vel facultatis obtentu christifideles[n] procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur aut facilitas venie[o] eis peccandi tribuat incentivum[p]. Hac itaque consideratione habita olim emanavit a nobis constitutio tenoris subsequentis videlicet |

Sanctissimus in Christo pater[q] et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa secundus[r], qui pridem super plenariis remissionibus, que semel in vita et[s] semel[t] in mortis articulo[u] conceduntur, formam et normam instituit[v], ne[w] passim sine exceptione quorumcumque criminum procliviores redderentur[x] homines ad peccandum, per regulam in Cancellaria apostolica[y] publicatam[1] statuit et ordinavit, quod in quibuscumque concessionibus et facultatibus absolvendi casus infrascripti tamquam speciales[z] sedi[aa] apostolice

reservati semper[bb] intelligerentur excepti videlicet offense ecclesiastice libertatis[cc], violationis interdicti ab eadem sede impositi[dd], criminis[ee] heresis, conspirationis in personam aut[ff] statum[gg] Romani[hh] pontificis[ii] seu[jj] cuiusvis offense, inobedientie[kk] seu[ll] rebellionis eiusdem pontificis vel sedis apostolice, presbitericidii[mm], offense personalis[nn] in episcopum seu[oo] alium prelatum, invasionis[pp], depredationis[qq] vel[rr] occupationis aut devastationis terrarum Romane ecclesie mediate vel immediate subiectarum ac etiam invasionis romipetarum seu quorumcumque aliorum ad Romanam curiam[ss] venientium, prohibitionis[tt] devolutionis causarum[uu] ad dictam curiam, delationis[vv] armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis[ww] novorum onerum realium vel personalium ecclesiis vel ecclesiasticis personis, simonie[xx] super ordinibus vel beneficiis assequendis[yy] in eadem curia vel extra[zz] contracte et generaliter in casibus contentis in bulla, que consuevit in die cene Domini per predecessores[aaa] suos Romanos pontifices publicari. Considerans, quod plerumque contingit[bbb] suam[ccc] sanctitatem huiusmodi facultates et confessionalia[ddd] etiam[eee] oraculo[fff] vive[ggg] vocis concedere, ne[hhh] pretextu concessionum[iii] huiusmodi vel penitentes vel confessores in suprascriptis[jjj] casibus fallantur et[kkk] fallant, statuit et decrevit sue intentionis fuisse et esse per quascumque concessiones et facultates per suam sanctitatem tam scripto[lll] quam verbo factas aut[mmm] in posterum faciendas nemini licere irretitos dictis casibus[nnn] absolvere sine speciali sue[ooo] sanctitatis licentia, quinimo[ppp] concessiones et indulta predicta quoad[qqq] casus exceptos[rrr] huiusmodi nulli penitus suffragari[sss].

---

[1] *Vgl. oben Nr. 94.*

| | |
|---|---|
| Placet, publicetur in Cancellaria et ita mandamus, P‹etrus›[ttt][2].<br><br>Lecta et publicata[uuu], Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice MCCCCLXVI[vvv], indictione XIIII[www], die vero vicesima octava[xxx] mensis martii pontificatus prefati domini nostri domini Pauli pape II anno secundo[yyy][3]. | Ut autem ipsa constitutio, que dudum scilicet quinto[zzz] kalendas aprilis anni[aaaa] ab[bbbb] incarnatione[cccc] domini nostri Iesu Christi[dddd] millesimi quadringentesimi[eeee] sexagesimi sexti[ffff], pontificatus nostri anno secundo[gggg][4], publicata fuit, eisdem[hhhh] christifidelibus[iiii] plenius innotescat[jjjj] nullusque illius[kkkk] ignorantiam pretendere[llll] valeat in futurum, presentibus inseri fecimus, ut ad maiorem omnium perveniat[mmmm] notionem[nnnn]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare[oooo] presumpserit, indignationem omnipotentis[pppp] Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit[qqqq] incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo[rrrr], quinto[ssss] nonas martii pontificatus nostri anno quinto[tttt][5]. |

[2] *Petrus Barbus = Paul II*.
[3] *1466 März 28*.
[4] *1466 März 28*.
[5] *1469 März 3*.

[a] Declaratio - casibus *VL 6343; Augsburg 238, Hannover 182* Casus noviter reservati summo pontifici*; BL 2825* Super casibus reservatis*; München 215* Copia regule nuper edite per sanctissimum dominum nostrum papam circa casus specialius sedi apostolice reservatos, a quibus penitentes absolvi nequeunt sine speciali licentia et mandato sanctitatis sue*; München 664* Regula Cancellarie nuper edita per sanctissimum dominum nostrum papam Paulum circa casus speciales sedi apostolice reservatos, a quibus penitentes absolvi nequeant sine speciali licentia et mandato sanctitatis sue
[b] Bulla - reservatis *Bamberg 68, Kraków 1288, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5728-5736, GW M29936, GW M29944-M29945; Tübingen 439* De casibus reservatis summo pontifici*; FRIEDBERG* Constitu-

tio casus pape reservatos comprehendens certis ex causis hic ponitur, a quibus nullus potest absolvere sine speciali licentia sedis apostolice
[c] dominici *GW 5728* domenici
[d] gregis *GW 2069(b), GW 2070(b, GW 2071(b)* gregi
[e] studeamus *GW 5732-5736* studemus
[f] mole *GW 2070(b)* molle
[g] ab *fehlt GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b)*
[h] servitute *GW 5733* servite
[i] ereptas *München 577, Tübingen 439* exceptas
[j] lucrifaciamus *GW 5734-5735* lucrifacimus
[k] eas *GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5734-5736* ea
[l] sua *GW 5734-5736* sub
[m] ne *fehlt München 577*
[n] christifideles *GW 5730-5731* cristifideles
[o] venie *fehlt Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 5729-5736*
[p] incentivum *Kraków 1288* inceptivum
[q] pater *fehlt Tübingen 439*
[r] secundus *Augsburg 238, VL 6343, München 577* II
[s] et *fehlt BL 2825*
[t] semel *fehlt GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)*
[u] mortis articulo *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* articulo mortis
[v] instituit *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(b)* iustitie
[w] ne *BL 2825* ut
[x] redderentur *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* reddantur cliviores*; GW 5734-5736* reddentur
[y] apostolica *fehlt Bamberg 68*
[z] speciales *München 215, GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* specialius
[aa] sedi *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* sedis
[bb] semper *fehlt München 215, München 577*
[cc] libertatis *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* libertas
[dd] impositi *München 215* interpositi
[ee] criminis *Bamberg 68, München 577, Tübingen 439, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5728-5736, GW M29920, GW M29936, GW M29944-M29945, Friedberg* criminum
[ff] aut *GW M29920* ant *(!)*
[gg] aut statum *fehlt München 215*
[hh] Romani *GW 5729* romanani *(!); GW M29944* Romanum
[ii] pontificis *fehlt VL 6343*
[jj] seu *GW 2070(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* sive
[kk] inobedientie *fehlt München 215*
[ll] seu *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* sive
[mm] presbitericidii *GW 2069(a), GW 2070(a)* prestricidii*; GW 5728* presbetericidii*; GW M29936* prespitericidii
[nn] personalis *GW 2069(a)* pluris*; GW 2070(a)* p(rincipa)lis
[oo] *München 215 folgt* per
[pp] invasionis *GW 2069(a), GW 2070(a)* invasionibus
[qq] depredationis *GW 2069(a), GW 2070(a)* depredationibus
[rr] vel *fehlt Bamberg 68, Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5728-5736, GW M29944-M29945*
[ss] ad Romanam curiam *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* Romam
[tt] prohibitionis *GW 5731, GW M29920, GW M29944-M29945* prohibitionis, *(!)*
[uu] causarum *München 664* causa
[vv] delationis *GW 2069(b), GW 2070(b), GW M29920, GW M29944* dilationis
[ww] impositionis *GW 5731-5736* impositionibus
[xx] simonie *fehlt Paris 4172*
[yy] assequendis *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* exequendis
[zz] vel extra *fehlt München 215, München 664, GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)*
[aaa] predecessores *Tübingen 439* decessores
[bbb] contingit *GW 5729-5736* contigit
[ccc] *Hannover 182 folgt* dignitatem et

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[ddd] *Bamberg 68, Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5728-5736, GW M29920, GW M29936, GW M29944-M29945,* FRIEDBERG *folgt* tam presentibus quam absentibus
[eee] etiam *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* et tam
[fff] oraculo *GW 5728, GW M29936* araculo *(!)*
[ggg] vive *GW 5733* vine *(!)*
[hhh] ne *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* nunc
[iii] concessionum *Bamberg 68, Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 2069(a+b), GW 2070(a+b), GW 2071(a+b), GW 5728-5736, GW M29936, GW M29944-M29945,* FRIEDBERG concessionis
[jjj] in suprascriptis *Augsburg 238, Hannover 182, GW 5735* infrascriptis
[kkk] et *GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* vel
[lll] tam scripto *fehlt VL 6343*
[mmm] aut *Bamberg 68, Kraków 1288, München 577, Tübingen 439, GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b), GW 5729-5736, GW M29945* et
[nnn] dictis casibus *München 215* dictos casus
[ooo] sue *GW 2070(b)* seu
[ppp] quinimo *GW 5736* quinnimmo *(!)*
[qqq] quoad *München 215* quo
[rrr] exceptos *München 215* expectos
[sss] *BL 2825, München 664 folgt* etc.
[ttt] Placet - Petrus *fehlt München 215, München 664, GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a); Augsburg 238* Finis*; Hannover 182* Explicit
[uuu] et publicata *fehlt VL 6343*
[vvv] MCCCCLXVI *Paris 4172* 1466
[www] XIIII *Paris 4172* 14
[xxx] vicesima octava *VL 6343* XXVIII; *Paris 4172* 28
[yyy] Lecta - secundo *fehlt Augsburg 238, Hannover 182, München 215, München 664; GW 2069(a), GW 2070(a), GW 2071(a)* L.S.A.M.C.
[zzz] quinto *München 577, GW 5731-5736, GW M29945* V
[aaaa] anni *GW 2069(b), GW 2070(b)* Amen*; GW 2071(b)* anno
[bbbb] ab *fehlt GW 5733-5736*
[cccc] incarnatione *GW 5734-5736* incarnationis
[dddd] Christi *GW 5730-5731* Cristi *(!)*
[eeee] quadringentesimi *GW 5735-5736* quadragentesimi
[ffff] millesimi - sexti *München 577* MCCCCLXVI*; GW 2069(b)* MCCCC sexagesimo sexto*; GW 2070(b), GW 2071(b)* 1466*;* sexagesimi sexti *Kraków 1288* LXVI
[gggg] secundo *Kraków 1288* 2$^{o}$
[hhhh] eisdem *GW 2069(b), GW 2070(b), 2071(b)* eiusdem
[iiii] christifidelibus *GW 5731-5733* cristifidelibus *(!)*
[jjjj] innotescat *GW 5733* innutescat *(!)*
[kkkk] illius *fehlt Bamberg 68*
[llll] pretendere *Bamberg 68* prendere
[mmmm] perveniat *Bamberg 68* preveniat
[nnnn] notionem *München 577, GW M29945* notitiam*; GW 2069(b), GW 2070(b), GW 2071(b)* nationem; *GW 5730* nctionem *(!)*
[oooo] attemptare *GW 5733* tempestate*; GW M29944* attemptari
[pppp] omnipotentis *GW 5733* ompotentis *(!)*
[qqqq] noverit *GW 5733* nonerit *(!)*
[rrrr] millesimo - octavo *Kraków 1288* 1468*; München 577, Tübingen 439, GW M29944-M29945,* FRIEDBERG MCCCCLXVIII*; GW 2069(b)* MCCCC sexagesimo quinto*; GW 2070(b), GW 2071(b)* 1469
[ssss] quinto *fehlt GW 2069(b); München 577, Tübingen 439* V
[tttt] quinto *Tübingen 439, GW M29945,* FRIEDBERG V*; GW 2069(b) folgt* Finit saluberrime*; GW 2070(b), GW 2071(b) folgt* Finis

## 191.

***RS 596**, fol. 155r-155v; **BL 2825**, fol. 215v; **BL 2850**, fol. 204r-204v; **VL 6343**, fol. 194v; **Paris 4172**, fol. 273r-273v; **Regest:** RG 9 Nr. 1517. Vgl. dazu RG 2 Sp. 941.*

MANDATUM SUPER DANDIS CERTIS CONSTITUTIONIBUS[a].

Dignetur sanctitas vestra devote creature eiusdem R‹oderico›[1] sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali Valentino sacrosancte Romane ecclesie vicecancellario ac apostolice Cancellarie abbreviatoribus, custodi, notariis et officialibus aliis, ad quos spectat seu pertinet, committere et mandare, ut constitutiones seu regulas tam per felicis recordationis Iohannem XXIII[b] quam Martinum quintum[c] eiusdem sanctitatis predecessores[d] super revocationibus unionum factarum devoto oratori vestro Georgio Sasse[2] clerico Lubucensis[3] diocesis[e] devote creature vestre Ia‹cobi[4]› tituli sancti Crisogoni presbiteri cardinalis Papiensis familiari continuo commensali pro defensione certe cause in Rota pendentis, ex quo causa sua pendet super revocatione unionum illo tempore factarum, que[f] non fuerant[g] effectum sortite, super parochiali ecclesia in Forstenberch Misnensis diocesis[5] plurimum necessarias seu copias earum autenticas, prout moris[h] est, ad effectum defensionis[i] huiusmodi tradant, concedant et assignent in autentica et valida forma prefato oratori vel eius legitimo procuratori, in contrarium facientibus (! Paris 4172) non obstantibus quibuscumque.

Attento, pater sancte, quod lis mota est ad instantiam dicti supplicantis tempore sanctitatis vestre contra suos adversarios non tamen triennales possessores.

Concessum, ut petitur, constito de interesse, in presentia domini nostri pape, P‹etrus› Tirasonensis[6].

Datum Rome apud Sanctum Marcum, quintodecimo[j] kalendas iulii anno secundo[7].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Georgius Sasse*.
[3] *Lebus, Brandenburg, Deutschland*.
[4] *Jacobus Ammanati Piccolomini.*
[5] *Fürstenberg (heute ein Stadtteil von Eisenhüttenstadt), Brandenburg, Deutschland.*
[6] *Petrus Ferrici.*
[7] *1466 Juni 17*.

---

[a] Mandatum - constitutionibus *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Pro habendis regulis Cancellarie
[b] XXIII *BL 2850, VL 6343, RG 9* XXII
[c] quintum *BL 2825, VL 6343, Paris 4172* V
[d] predecessores *BL 2850, VL 6343* predecessorem tam
[e] diocesis *fehlt BL 2850*
[f] que *RS 596* quo
[g] fuerant *BL 2850* fuerunt
[h] moris *RS 596* maioris
[i] defensionis *RS 596* dispensionis
[j] quintodecimo *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* XV

**192.**

***BL 2825**, fol. 221v-222r; **BL 2850**, fol. 207v-208r; **VL 6343**, fol. 198r-198v; **Paris 4172**, fol. 279r.*

DEPUTATIO LOCUMTENENTIS IN CANCELLARIA FACTA PER VICECANCELLARIUM[a].

Ro‹dericus› cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Alvaro[b1] episcopo Elborensi locumtenenti nostro, salutem etc.[c] Cum propter aeris[d] intemperiem et pestilentiam, que in Urbe viget, statuerimus hac estate durantibus feriis nonnumquam ab Urbe discedere et extra[e] aliquando morari, ne interea temporis, dum aberimus, hiis, qui expeditionem litterarum apostolicarum[f] de gratia procurant, officium desit, de vestra singulari virtute, integritate, doctrina et summa probitate, merito confidentes, quas tot annos[g] experti sumus, et scientes, quod, que reverende paternitati vestre commisimus, admodum prudenter et fideliter perficietis, de mandato etiam sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia[h] pape secundi[i] oraculo vive vocis nobis facto vos locumtenentem nostrum in Cancellaria apostolica facimus et omnimodam vobis facultatem impartimur, ut, dum absentes erimus, supplicationes distribuere, litteras apostolicas vice nostra signare ac plumbatori reddere ac omnia et singula facere, que ad huiusmodi[j] locumtenentem et litterarum ipsarum apostolicarum expeditionem et gratiam pertinent[k], exequi valeatis et que nos ipsi facere possemus[l], si presentes adessemus, mandates omnibus et singulis, ad quos pertinet, ut circa hec vobis obediant tamquam persone nostre. Datum Rome in palatio nostro, sub fide nostri rotundi maioris sigilli, die decima octava[m] iunii MCCCCLXVIII[n], pontificatus sanctissimi domini nostri domini Pauli pape secundi[o] anno quarto[2].

A‹ntonius de› Tridento[3].

---

[1] *Alvarus Alfonsi.*
[2] *1468 Juni 18.*
[3] *Antonius de Tridento.*

---

[a] Deputatio - vicecancellarium *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Deputatio regentis
[b] Alvaro *BL 2850, VL 6343* Arnaldo
[c] etc. *fehlt Paris 4172*
[d] aeris *fehlt VL 6343*
[e] extra *VL 6343* exinde
[f] apostolicarum *VL 6343* apostolicam
[g] tot annos *BL 2850, VL 6343* totiens
[h] divina providentia *fehlt BL 2850, VL 6343*
[i] secundi *VL 6343, Paris 4172* II
[j] huiusmodi *BL 2850, VL 6343* hoc
[k] pertinent *BL 2825* pertineant
[l] facere possemus *BL 2850, VL 6343, Paris 4172* faceremus
[m] decima octava *BL 2850, VL 6343* XVIII; *Paris 4172* 18
[n] MCCCCLXVIII *Paris 4172* 1468
[o] secundi *VL 6343* II

## 193.

***B**L **2825**, fol. 222r-222v; **BL 2850**, fol. 208r; **VL 6343**, fol. 198v.*

ALIA SIMILIS DEPUTATIO[a].

Rodericus miseratione divina sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Simoni[1] archiepiscopo Antibarensi locumtenenti nostro, salutem. Promeretur vestra singularis virtus et doctrina, ut[b] vobis et opera vestra etiam in arduis et gravibus negotiis nostris utamur et certi sumus, quod, quidquid vobis commiserimus, diligenter atque egregie cum laude exequemini. Cum igitur ad presens propter adversam valitudinem ad balnea nos ire et aeris mutatione uti oporteat ac in primis optemus[c], ut Cancellaria apostolica, cui prefecti sumus, rectissime gubernetur, quod, si vices nostras vobis commmiserimus, facile vos[d] id obtenturos confidimus, harum serie etiam de mandato sanctissimi domini nostri pape vos locumtenentem nostrum in ipsa Cancellaria facimus et constituimus, dantes vobis facultatem et potestatem, ut omnia et singula, que ad expeditionem litterarum apostolicarum et earum rerum, que gratiam continent, exerceatis et efficiatis, que nos facere possemus, si adessemus, et que locumtenentes nostri huiusmodi efficere consueverunt, mandantes omnibus et singulis officialibus dicte Cancellarie et ceteris, ad quos spectat, ut in hiis, que ad officium nostrum et eius exercitium et Cancellariam apostolicam pertineant, vobis pareant et obediant sicut persone nostre. In quorum fidem has fieri et nostri sigilli impressione muniri mandavimus. Datum Rome in palatio nostro, die XVIII[e] maii MCCCCLXX[2].

A‹ntonius de› Tridento[3].

---

[1] *Simon Vosich*.
[2] *1470 Mai 18*.
[3] *Antonius de Tridento.*

---

[a] Alia - deputatio *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Deputatio regentis
[b] ut *BL 2850, VL 6343* et
[c] optemus *VL 6343* optemur
[d] vos *BL 2825* nos
[e] XVIII *BL 2825* korrigiert aus XVIIII

## 194.

***Augsburg 238**, fol. 93r-99v; **RV 519 Rubr.**, fol. 8r; **RV 519**, fol. 205v-211r; **GW 29920**. Ich habe diese listenförmige Konstitution der Übersichtlichkeit halber in Absätze gegliedert. In Leipzig 1092, fol. 324v, werden das Incipit, das Datum und der Kanzleivermerke der Ausfertigung von 1469* (Registrata in Camera apostolica) *wiedergegeben*

BULLA, QUE PUBLICARI CONSUEVIT PER ROMANUM PONTIFICEM IN DIE IOVIS SANCTE DE ANNO MCCCCLXVIII[a].

| | | |
|---|---|---|
| *RV 519* | *Augsburg 238.* | *GW M29920.* |

(1) Paulus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad perpetuam rei memoriam. Consueverunt

| | | |
|---|---|---|
| sancte memorie | | |

Romani pontifices predecessores nostri ad retinendam puritatem religionis christiane[c] et sanctam fidelium societatem ab offensione servandam arma iustitie per ministerium apostolatus annis singulis in presenti celebritate exercere.

[a] Bulla - MCCCCLXVIII *Augsburg 238; RV 509 Rubr.* Excommunicatio die iovis sancte
[b] *RV 519 am Kopf auf dem linken Rand* L. Dathus *(= Leonardus Dathus)*
[c] christiane *GW M29920* cristiane

(2) Nos itaque vetustum et solemnem hunc morem tenentes ex parte omnipotentis Dei, patris et filii et spiritus sancti auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostra excommunicamus et anathematizamus omnes hereticos, Gazaros, Patarenos[a], pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagerios[b], Viclevistas seu Hussistas, fraticellos de opinione nuncupatos et quoscumque alios hereticos, quocumque nomine censeantur, et omnes fautores, receptatores et defensores eorum.

| | |
|---|---|
| Nominatim autem | Et licet superiori anno nominatim |

ob suorum criminum magnitudinem et,

| | |
|---|---|
| ad evitandum | ut vitaretur |

ex contagione ipsius periculum

| | |
|---|---|
| animarum, excommunicamus, maledicimus et anathematizamus | , excommunicaverimus, maledixerimus et anathematizaverimus |

preditionis alumnum Georgium alias Iersicum[c] de Constat et Pogiebrat[d1]

| | |
|---|---|
| regni Boemie occupatorem olim illius regem nominatum, contra quem multorum catholicorum principum et aliorum nobilium ac fidelium populorum et regni eiusdem | tunc totius, nunc vero partis regni Bohemie occupatorem, quia tamen idem Georgius sathane eius patris arte seductus pertinacius in sua damnata heresi, in qua se natum[e] et educatum asserit, perseverans, ut eam manifestiorem efficiat[f], suis erroribus pestiferis non contentus vicinarum partium et presertim inclite nationis Germanice christifide- |

[1] *Georg von (Kunstadt und) Podiebrad, 1458 bis 1471 März 22 (†) König von Böhmen, am 23. Dezember 1466 von Paul II. als König abgesetzt.*

| | |
|---|---|
| crebris denuntiationibus et querelis merito admittendis et iustis requisiti et interpellati processum iam dudum per felicis recordationis Pium papam II predecessorem nostrum contra ipsum Georgium super damnato crimine heresis atque aliis detestandis per eum perpetratis excessibus inchoatum iudiciario ordine prosequendo tandem exigente iustitia et iusto iudicio non valentes amplius absque gravi divine maiestatis offensa et animarum earundem periculo excessus tam gravissimos sub dissimulatione multos precarie ipsum Georgium de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium et quamplurium archiepiscoporum, episcoporum aliorumque divini et humani iuris interp‹re›tium et magistrorum hereticum pertinacem, hereticorum fautorem, damnatarum heresum defensorem periurum atque sacrilegum fuisse et esse | les in suum nefandum errorem trahere eosque propterea invadere ac totis conatibus persequi non cessat. Nos considerantes, quod tanto sit maioribus penis multandus, quanto in sua nefanda heresi damnabiliter indurescit, eundem Georgium suis gravioribus culpis atque damnatis erroribus exigentibus auctoritate predicta denuo[2] excommunicamus, maledicimus et anathematizamus nec non omnes et singulas sententias, censuras et penas tam a iure quam a nobis iusto Dei iudicio promulgatas aggravamus, reaggravamus eumque superna maledictione, sicut maledicti fuerunt Dathan et Abiron, quos terra sustinere non valens vivos absorbuit, et sicut Iudas Scarioth traditor redemptoris nostri maledicimus et ut talem ab omnibus vitari mandamus.<br><br>(3) Item excommunicamus, maledicimus et anathematizamus Victorinum[3] etiam perditionis alumnum eiusdem Georgii filium, qui armis, quoad potest, christianos et presertim carissimum[g] in Christo filium nostrum Fredericum[4] Romanorum imperatorem semper augustum invadere et hostiliter persequi non cessat. |

[2] *Pius II. hatte ihn schon 1464 exkommuniziert.*
[3] *Victorinus Podiebrad, * 1443, 1459-1500 Herzog von Münsterberg.*
[4] *Friedrich III., 1440-1493 römischer König, 1452-1493 römischer Kaiser.*

| | |
|---|---|
| pronuntiavimus et sententialiter declaravimus. | |

[a] patarenos *GW M29920* Patharenos
[b] passagerios *Augsburg 238* passaginos
[c] Iersicum *GW M29920* Iercicum
[d] Pogiebrat *Augsburg 238* Pogiebart
[e] natum *Augsburg 238* nominatum
[f] efficiat *Augsburg 238* efficeret
[g] carissimum *GW M29920* clarissimum

(4) Item excommunicamus et[a] anathematizamus omnes et singulos ipsi Georgio heretico adherentes, assistentes, obsequentes

| | |
|---|---|
| faventes aut sibi | ac faventes et nominatim iniquitatis filium Iohannem Rochesanam[1] heresis eiusdem Georgii alias Iersici precipuum defensorem et pro administratore ecclesie Pragensis nulla suffultum auctoritate se gerentem ac ipsi alias auxilium, |

consilium vel favorem clam vel palam, directe vel indirecte prebentes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, preeminentie vel nobilitatis fuerint,

| | |
|---|---|
| | etiamsi pontificali, regali, reginali, ducali, marchionali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, |

et qui secum commercium habent ad presens[b] vel habebunt quomodolibet in futurum

| | |
|---|---|
| . | nec non omnes et singulos sibi militantes ac arma offensibilia vel defensibilia nec non victualia, cuiusvis generis sint, ministrantes. |

[1] *Johannes Rokycana, seit 1435 utraquistischer Erzbischof von Prag, † 1471 Februar 22.*

[a] et *fehlt GW M29920*
[b] ad presens *fehlt GW M29920*

(5) Item excommunicamus et anathematizamus damnate heresis defensorem Gregorium[a] de Heimburg[1], qui sicut alias iusto iudicio hereticus declarari promeruit, ita nunc quoque in supradicto Boemie regno petra scandali et lapis offensionis factus est, et dum post venditam animam turpi lucro profanatori illi Georgio alias Iersico adesse non cessat, cornua in sacrosanctam Romanam ecclesiam et sedem apostolicam cunctorum fidelium matrem

[1] *Gregor Heimburg, Jurist und Diplomat, seit 1460 exkommuniziert, seit 1466 in den Diensten Georgs von Podiebrad, † 1472.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

atque magistram erigere et eius mandata contemnere[b] atque canonicas censuras pertinaci spiritu perferre non veretur.

| | |
|---|---|
| (6)[c] Item excommunicamus et anathematizamus indomite superbie ac ingratitudinis filium Henricum Czechton[2] olim abbatem monasterii de Pasleto[3] Cluniacensis ordinis Glasgoviensis diocesis in Scotia, qui post depositionem suam de fratrum eorundem consilio rite factam censuras et penas suis culpis et demeritis exigentibus in eum apostolica auctoritate promulgatas, quibus r..etitus existit, damnabiliter vilipendens interdictum ecclesiasticum violare, provisiones et mandata apostolica contemnere, personas ecclesiasticas etiam pontificali dignitate preditas vi et armis opprimere expugnareque molitur, ac omnes et singulos sibi adherentes et faventes. | |

(7) Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus, conditionis aut preeminentie existant, etiamsi pontificali, regali, reginali aut quavis alia[d] ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, qui perfidis hereticis Viclevistis, qui in huiusmodi damnata Viclevistarum heresi pertinaciter permanserunt, arma, equos,

---

[2] *$$$*.
[3] *Paisley, Co. Renfrew, Schottland.*

ferrum, plumbum, lignamina, sal, oleum, vinum, vestes, victualia et alia quecumque ad usum hominum pertinentia aut quevis alia presidia publice vel occulte subministrant ac per se vel subditos suos afferri faciunt vel permittunt, cum quibus dicti Vicleviste christifideles et catholicos quomodolibet impugnant[e] seu offendere possunt, nec non omnes et singulos Viclevistarum eorundem adherentes, fautores, defensores et receptores, cuiuscumque status, nobilitatis, excellentie aut conditionis existant, etiamsi pontificali, regali, reginali aut quavis alia ecclesiastica vel seculari sint prediti dignitate, aut consentientes vel prestantes eisdem in premissis quandocumque vel qualitercumque auxilium, consilium vel favorem, ipsosque omnes et singulos declaramus continuatores et fautores heresis atque omni beneficio, dignitate et honore ecclesiastico ac mundano denuntiamus fuisse et esse privatos.

---

[a] Gregorium *GW M29920* Georgium
[b] contemnere *GW M29920* contennere *(!)*
[c] *nur RV 519*
[d] alia *fehlt RV 519*
[e] impugnant *GW M29920* impngnant *(!)*

(8) Item excommunicamus et anathematizamus[a] omnes falsarios bullarum seu litterarum apostolicarum et supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium per summum pontificem vel per[b] vicecancellarium seu gerentes vices eorum aut officium vicecancellarii sancte Romane ecclesie de mandato pontificis predicti signatarum ipsius nomine seu vicecancellarii aut regentis officium predictum signantes supplicationes easdem.

---

[a] anathematizamus *Augsburg 238* excommunicamus
[b] per *fehlt Augsburg 238*

(9) Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos conspiratores aut coniuratores contra personam, statum vel auctoritatem Romani pontificis, etiamsi pontificali, regali, reginali vel alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, omnesque complices et fautores eorum nec non conscios conspirationum et coniurationum huiusmodi et non revelantes aut eis consilium quomodolibet prestantes auxilium vel favorem illisque ex parte omnipotentis Dei maledicimus, declarantes eos omni honore et dignitate ecclesiastica vel mundana fuisse et esse privatos.

(10) Item excommunicamus et anathematizamus omnes violatores ecclesiastice libertatis et illos presertim, qui contra sacrorum canonum instituta ecclesiis et ecclesiasticis personis sine licentia speciali Romani pontificis collectas vel alia onera aut quevis gravamina realia vel personalia imponunt vel exigunt aut imponi vel exigi faciunt aut procurant.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(11) Item excommunicamus et anathematizamus omnes piratas[a] et latrunculos[b] maritimos et illos precipue, qui mare nostrum a Monte Argentario[1] usque ad Terracinam[2] discurrere et navigantes in illo invadere[c], depredari, mutilare, interficere et rebus ac bonis suis spoliare hactenus presumpserunt et presument, ac omnes receptores eorum et eis auxilium dantes consilium et favorem eisque et cuilibet eorum maledicimus ipsorumque omnia bona confiscamus et occupantibus libere concedimus et donamus.

[1] *Monte Argentario, Toskana, Italien.*
[2] *Terracina, Latium, Italien.*

[a] piratas *GW M29920* piratos
[b] latrunculos *GW M29920* latronculos
[c] invadere *fehlt Augsburg 238*, *GW M29920*

(12) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui equos, ferrum, arma, lignamina et alia prohibita deferunt saracenis, Turcis et aliis Christi nominis inimicis, quibus christianos impugnant.

(13) Item[a] excommunicamus et anathematizamus impedientes seu invadentes victualia vel alia ad usum Romane curie necessaria adducentes vel, ne ad curiam ipsam adducantur vel deferantur, impedientes seu perturbantes et, qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscumque fuerint ordinis, preeminentie et status, etiamsi pontificali, regali, reginali vel quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

[a] Item *GW M29920* Iem *(!)*

(14) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab eadem, nec non illos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes in eadem curia manentes temeritate propria capiunt, spoliant aut detinent aut[a] ex proposito deliberato verberare, mutilare vel interficere presumunt et qui talia fieri faciunt seu mandant.

[a] aut *fehlt GW M29920*

(15) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui in terris suis nova pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

(16) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios[a] quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad Romanam curiam super eorum causis et negotiis recurrentes illasque in eadem prosequentes aut procuratores, negotiorum gestores, advocatos vel promotores ipsorum vel etiam auditores et iudices super dictis causis et negotiis deputatos occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt aut bonis spoliant, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint, etiamsi pontificali, regali, reginali aut quavis alia prefulgeant dignitate.

[a] alios *GW M29920* alias

(17) Item excommunicamus et anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes vel interficientes seu capientes et detinentes seu depredantes Romipetas et peregrinos ad Urbem causa peregrinationis aut devotionis accendentes et in ea morantes et recedentes ab ipsa et hiis dantes auxilium, consilium vel favorem eorumque bona confiscamus.

(18) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos[a], qui per se vel[b] alium seu alios directe vel indirecte sub quocumque titulo vel colore occupant, detinent vel hostiliter discurrunt vel invadunt aut occupare, detinere, discurrere hostiliter presumunt almam Urbem, regna Sicilie[1], Trinacrie[2], insulas Sardinie, Corsice, Terram citra farum[3], patrimonium beati Petri in Tuscia[4], ducatum Spoletanum[5], comitatum Venaicini[c6], Sabinensem[7], Marchie Anconitane[8], Masse Trabarie[9], Romandiole[10], Campanie atque Marittime[11] provincias et terras specialis commissionis et Arnulphorum[12] civitatesque nostras Bononiensem[13], Ferrariensem[14], Beneventanam[d15], Perusinam[16], Avinionensem[17], Tudertinam[e18] et alias[f]

[1] *Seit 1302 Festlandsizilien = Königreich von Neapel.*
[2] *Seit 1302 Inselsizilien.*
[3] *Südliches Kalabrien.*
[4] *Historische Provinz im nördlichen Latium, in der südlichen Toskana und im südlichen Umbrien.*
[5] *Herzogtum Spoleto.*
[6] *Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[7] *Historische Provinz im nördlichen Latium.*
[8] *Mark Ancona, Marche, Italien.*
[9] *Historische Provinz zwischen der Romagna, der Toskana, der Mark von Ancona und Umbrien.*
[10] *Historische Provinz, Teil von Emilia-Romagna.*
[11] *Historische Provinz am Übergang vom südlichen Latium nach Kampanien.*
[12] *Historische Provinz im Zentralumbrien.*
[13] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[14] *Ferrara, Emilia Romagna, Italien.*
[15] *Benevent, Kampanien, Italien.*
[16] *Perugia, Umbrien, Italien.*
[17] *Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*
[18] *Todi, Umbrien, Italien.*

civitates, terras et loca vel iura ad ipsam ecclesiam spectantia et pertinentia ac adherentes, fautores et defensores eorum seu in hiis dantes eisdem auxilium, consilium vel favorem.

---

[a] illos *fehlt GW M29920*
[b] *GW M29920 folgt* per
[c] Venaicini *RV 519* Venaisini
[d] Beneventanam *GW M29920* Beneventanensem
[e] Tudertinam *GW M29920* Turdertinensem
[f] alias *GW M29920* alis

(19) Item excommunicamus omnes et singulos collectores et subcollectores aliosque officiales et omnes ac singulos, cuiusvis dignitatis aut preeminentie fuerint, qui scientes, habentes, detinentes aut occultantes res, pecunias aut bona collecta pro expeditione contra infideles seu cruciata et ad ipsam cruciatam pertinentia illa assignare, solvere et restituere recusant[a], negligunt vel contemnunt aut detinentes vel occupantes non revelant vel illis auxilium, consilium prestant vel favorem.

---

[a] recusant *GW M29920* recusan *(das* t *findet sich eine Zeile höher am Ende des Wortes* cruciatam*)*

(20) Item, licet plures Romani pontifices nostri predecessores diversis ecclesiis et piis locis indulgentias plenarias concesserint et felicis recordationis Pius papa II[a] immediatus etiam predecessor noster legitimis ex causis et presertim, ut melius rei publice christiane consuleretur ac contra Turcos ferventius intenderent[b], eas suspenderit nosque etiam eisdem de[c] causis suspensionem ipsam comprovaverimus et gratam habuerimus, prout

| | |
|---|---|
| approbamus | comprobamus |

et gratam habemus illamque ad beneplacitum apostolice sedis perdurare decernimus, tamen sicut plurimorum relatione fidedignorum querelanter accepimus, nonnulli iniquitatis filii ordinationum et mandatorum apostolicorum contemptores atque ipsius rei publice christiane non minus quam ipse Turcus inimici in suarum et aliorum fidelium animarum grave periculum indulgentias huiusmodi tamquam non suspensas predicare et publicare presumunt, nos ad huiusmodi eorum rebellionem refrenandam excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos huiusmodi sic suspensas indulgentias deinceps quovis modo publicantes et predicantes aut illis utentes, locorum ordinariis sub similibus sententiis, censuris et penis, quas contrafaciendo ipso facto incurrant, harum serie iniungentes, ne in eorum civitatibus et diocesibus similes indulgentias publicari vel predicari faciant vel permittant.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] II *GW M29920* secundus
[b] intenderent *Augsburg 238* intenderetur
[c] de *GW M29920* ex

(21) A presentibus autem censuris et penis, que casus presciptos sequuntur, sexum omnino nullum, conditionem hominum nullam eximimus, non patriarchas, non archiepiscopos, non episcopos, non cuiusvis generis prelatos, non reges, non reginas, non duces, non marchiones, non comites, non ullius alterius dignitatis vel nominis presidentes velut[a] quemque privatum ita eos obnoxios esse et reos presentium censurarum decernimus, nolentes privilegium ullum, ullam indulgentiam, ullas apostolicas litteras vim quamcumque verborum habentes processibus hiis nostris obstare.

[a] velut *GW M29920* vel

(22) Rogamus omnipotentem et misericordem Deum et suppliciter deprecamur, ut animas, que vinculis harum censurarum ligate non sunt, ne ligentur, conservet, que vero ligate sunt, ad salutem et meritum absolutionis convertat.

(23) Nos tamen hanc ipsam absolutionem nobis tantum et successoribus nostris Romanis pontificibus reservamus, articulo mortis dumtaxat excepto, in quo etiam satisfactionem et cautionem canonicam ab eis esse volumus exigendas.

(24) Simili excommunicationis sententia innodantes sacerdotes illos tam seculares quam cuiusvis ordinis regulares, qui sic excommunicatos et anathematizatos etiam in ipso mortis articulo constitutos aliter quam, ut prefertur, absolverint eisque predicationem, lectionem, administrationem sacramentorum auditionemque confessionum interdicimus per presentes.

(25) Ut autem huiusmodi nostri processus ad communem omnium notitiam deducantur, litteras apostolicas huiusmodi processus

| | | |
|---|---|---|
| in se | | |

continentes in valvis basilice principis apostolorum nec non ecclesie

| | |
|---|---|
| beate Marie in Aracœli de Urbe | sancti Marci[a] de Urbe |

affigi facimus, que processus ipsos suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut hii, quos huiusmodi contingent, quod ad ipsos non pervenerint aut ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam[b] allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum excommunicationis, anathematizationis, denuntiationis, maledictionis, confiscationis, donationis, constitutionis, declarationis, sublationis, revocationis, innodationis

| | |
|---|---|
| et interdicti | , interdicti et iniunctionis |

infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum

| | | |
|---|---|---|
| Marcum, anno etc. millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, septimo kalendas aprilis pontificatus nostri anno tertio[1]. De curia. | Marcum, anno incarnationis dominice MCCCCLXVIII, XVIII kalendas mai pontificatus nostri anno quarto[2]. | Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, tertio kalendas aprilis pontificatus nostri anno quinto[3]. |

[1] *1467 März 26.*
[2] *1468 April 14.*
[3] *1469 März 30.*

[a] Marci *GW M29920* Marche
[b] ignorantiam *GW M29920* igorantiam *(!)*

## 195.

***RV 519 Rubr.**, fol. 9v;* ***RV 519**, fol. 258 (keine Bilder).*

BULLA AD PERPETUAM REI MEMORIAM PRO ASSERTIS ET RESERVATIS BENEFICIIS[a].

Paulus etc.

[a] Bulla - beneficiis *RV 519 Rubr.*

## 196.

***RV 519 Rubr.**, fol. 9v;* ***RV 519**, fol. 263v-264r;* ***Regest:*** *HOFMANN, Forschungen 2 S. 30 Nr. 123.*

BULLA EXPEDITA DE NON EXPEDIENDO BULLAS GRATIS[a].

Paulus etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Circumspecta sedis apostolice providentia subditorum profectibus semper invigilans sue provisionis remedio illa submovere procurat, que utilitati omnium ipsius vigilantie ...ssorum publicis rebus et commodis insistentium Romane videlicet curie officialium possint officere et, quantum sibi ex alto conceditur, eorum dispendiis obviare. Cum itaque, sicut fidedignorum relatibus, immo verius experientia teste didiscimus, multorum poscentium privata utilitas non satis a nobis et apostolica sede gratiarum plenitudinem se cotidie reportasse letetur, nisi et dicte sedis officialium commoda et labores, quibus victum sibi vendicant, gratis ubique et sine aliqua remuneratione absorbeant, quibus plerumque devicti instantia assensum non possumus denegare, quo fit, ut dilectis filiis litterarum apostolicarum abbreviatoribus, scriptoribus, registratoribus et aliis eiusdem curie officialibus emolumenta debita subtrahantur in eorum non modicum detrimentum. Nos ipsorum indemnitatibus, prout nostro incumbit officio, opportune prospicere cupientes modernis et, qui erunt pro tempore, Cancellarie apostolice rescribendario et computatori, bullatoribus quoque et registri magistris aliisque officialibus nostris, quorum interest, sub excommunicationis et privationis suorum, que obtinent et exercent, officiorum penis presentium tenore mandamus, quatenus absque nostro et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium speciali mandato nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, litteras apostolicas gratiam vel iustitiam quomodolibet concernentes gratis dare, concedere vel expedire presumant aut illas per ipsorum officia absque taxa sive cum taxa non tamen computata transire permittant nisi pro personis venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium eorumque veris nepotibus ex fratribus aut sororibus propagatis et pro decem familiaribus continuis commensalibus dilecti filii nostri sancte Romane ecclesie vicecancellarii videlicet semel gratis pro singulis decem anno quomodolibet per ipsum vicecancellarium nominandis et in libro Cancellarie describendis et pro duodecim de parco maiori abbreviatoribus bis in anno nec non singulis litterarum earundem scriptoribus supradictis eorumque filiis, si illos habeant, vel nepotibus veris, ut prefertur, et non aliis, super quibus stetur eorum proprio iuramento, sub pena tamen amissionis suorum officiorum. Per presentes autem, quo minus pro pauperibus, miserabilibus personis, de quarum inopia constet evidenter, gratis et „Pro Deo“, prout hactenus consuetum est, huiusmodi littere expediri valeant, non intendimus aliquid immutare. Nulli ergo etc. nostrorum mandati et intentionis infringere etc.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Marcum, anno etc. MCCCCLXVII, tertio nonas ianuarii pontificatus nostri anno quarto[1].

| | |
|---|---|
| Collat. G‹aspar› Blondus[2]. | De curia. |
| D‹ominicus› de Piscia[3]. | |

[1] *1468 Januar 3.*
[2] *Gaspar Blondus.*
[3] *Dominicus de Pacinis de Piscia.*

[a] Bulla - gratis *RV 519 Rubr.*
[b] *RV 519 am Kopf auf dem linken Rand* L. Dathus *(= Leonardus Dathus)*

## 197.

***RV 519 Rubr****., fol. 9v;* ***RV 519****, fol. 263 (keine Bilder).*

BULLA DE COLENDIS ET SERVANDIS FESTIS[a].

Paulus etc.

[a] Bulla - festis *RV 519 Rubr.*

## 198.

***Reg. Lat. 685****, fol. 283r-283v (Bilder bestellen);* ***Regest:*** *HOFMANN, Forschungen S. 30 Nr. 125.*

*Paul II. erklärt, dass die scriptores litterarum apostolicarum bei Pfründenverleihungen dieselben Prärogativen genießen sollen,* quibus nonnulli nostri continui familiares commensales in certo Cancellarie libro apostolico de mandato nostro descripti utuntur[1].

[1] *1470 Juni 15.*

## 199.

***Reg. Vat. $$$****, fol. (Paul II.);* ***Reg. Vat. 662****, fol. 415v-417r (Sixtus IV.) (Bilder da, nicht kollationiert);* ***Regest:*** *HOFMANN, Forschungen 2 S. 28 Nr. 114 (Paul II.), S. 33 Nr. 138 (Sixtus IV.). Laut Hofmann nur bekannt über die Bestätigung Sixtus' IV.*

*Paul II. bewilligt den gegenwärtigen* auditores sacri Palatii *das Recht der freien Bullenexpedition für ihre persönlichen Angelegenheiten. Insert in die Bestätigungsbulle vom 14. Juli 1473 - im Amt sind Iohannes Didaci de Coca, Ludovicus de Ludovisis, Bernardus Rovira, Caspar de Teramo, Iohannes Pintor, Sancius Romero, Iohannes de Ceretanis, Petrus Fer-*

*rici, Iohannes de Cesarinis, Antonius de Grassis, Fantinus de Valle, Iohannes Francicus Pavini, Matheus de Porta und Nicolaus de Ubaldis*[1].

[1] *1464 November 6.*

## Anhang

### 199 197.

RESERVATIONES BENEFICIORUM.

Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Paulus divina providentia papa secundus, anno domini 1464, ultima mensis augusti[1], reservavit omnia beneficia officialium, omnes ecclesias patriarchales, archiepiscopales, episcopales nec non monasteria in valore II[c] florenorum auri communi extimatione excedente, quousque illis ‹uti› voluerit[a], omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus et principales in collegiatis ecclesiis nec ‹non› personatus, prepositurας etc. nec non beneficia familiarium cardinalium eorum familiaritate durante omnium curialium[2].

[1] *1464 August 31*.
[2] *Ein inhaltlicher Zusammenzug der Nr. 1-4*.

[a] voluerit *München 14700* voluerint

*Rom, 1465 Januar 4*

*Pauli II (1464-1471) motusproprius signatum per concessum regis, quo auditoribus Rote confirmat et auget privilegium in expectativis.*

*Druck: Cerchiari, Capellani papae 3 S. 170-172 Nr. 104.; Arch. Rotae, Privilegia, tom. I, part. I, n. XVII.*

Confirmatio privilegiorum auditorum Rote. – Theo. Tarvisinus.

Cum, sicut accepimus, felicis recordationis Nicolaus V, Calixtus III et Pius II predecessores nostri adeo favorabiles gratias et prerogativas quampluribus personis concesserint, quod dilecti filii auditores palatii causarum apostolici, qui etiam nostri et dicte sedis capellani ac familiares continui commensales existunt, in assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum eis concessarum temporibus potissime dictorum predecessorum privilegiis tam per pie memorie Martinum V et Eugenium IV etiam predecessores nostros quam quondam Alexandrum V et Johannem XXIII in eorum obedientiis nuncupatos eis concessis ad usus illos, quibus hee gratie seu prerogative concesse fuerunt, in iudicio mi-

nime uti nec illa eis suffragari potuerint, nos igitur indignum existimantes, quod auditores ipsi, qui pro ministranda iustitia absque personarum acceptione libram recte tenentes sollicitudine indefessa laborant ac litterarum scientia et multiplicum virtutum donis non solum in Romana curia, sed toto terrarum orbi tamquam sidus irradiant, in huiusmodi suis privilegiis ledantur, ipsorum Martini et Eugenii vestigiis inherentes dictosque auditores presentes et futuros et eorum loca pro tempore tenentes gratioso favore prosequi et ipsos in eorum iuribus conservare illaque magis ampliare volentes motu proprio et ex certa scientia singulorum Martini V, Eugenii IV nec non Johannis predecessorum, cum superveniente obitu dicti Alexandri littere sue super privilegio per eum dictis auditoribus concesso expedite non fuerint, litteras huiusmodi ac omnia in eis contenta apostolica auctoritate approbamus et confirmamus ac pleno firmitatis robore subsistere decernimus illaque perpetuis temporibus in iudicio et extra firmiter observari volumus atque mandamus. Et nihilominus motu et scientia similibus statuimus, decernimus et ordinamus ipsisque auditoribus et locatentibus presentibus et futuris concedimus pariter et indulgemus, quod inter ipsos auditores et locatenentes ac nostros et successorum nostrorum forte descriptos seu describendos prerogativatos vel prerogativandos familiares continuos commensales predictos in dicta assecutione iure communi servato in huiusmodi assecutione omnibus aliis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, nobilitatis, vel conditionis fuerint, etiamsi in data priores seu in processibus diligentiores aut in canonicos recepti seu alicuius regis vel regine, patriarche, archiepiscopi, episcopi, ducis seu cuiuscumque alterius ecclesiastica vel mundana prediti dignitate consiliarii, capellani etiam maiores aut cantores dilecti aut quorumcumque generalium studiorum universitatum rectores, doctores, magistri, licentiati, baccalarii vel alias graduati seu scolares, etiamsi actu studentes aut alias quascumque qualitates habentes et in aliquibus litteris apostolicis circa aliquas eis etiam ad instar predictorum descriptorum seu describendorum familiarium vel alias amplioris et maioris effectus concessas aut concedendas prerogativas, antelationes, concessiones, indulta, derogationes seu declarationes, descriptiones fuerint, et illis nec non quibusvis aliis etiam intuitu servitiorum nobis et Romane ecclesie impensorum aut cessionis iurium seu pro sedandis litibus vel scandalis evitandis aut alia quacunque occasione vel tam per nos vel sedem apostolicam sub quacumque verborum forma, etiam de necessitate de verbo ad verbum exprimenda eis ex motu et scientia similibus per nos vel eamdem sedem concesse et de cetero concedende antelationum prerogativis, decretorum, concessionum derogationibus, litteris et indultis quibuslibet gaudeant, fruantur et utantur aut eos frui, uti et gaudere contingat in futurum, sancte Romane ecclesie cardinalibus dumtaxat et nullis aliis penitus exceptis, preferantur

et preferri debeant, declarantes pariter ac decernentes similiter (?), non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non regulis per nos factis et faciendis, a quibus in quantum dictis auditoribus, si huiusmodi sibi concessis privilegiis derogatum sit vel derogari contingat, exceptos esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis opportunis.

Concessum, ut petitur, de confirmatione et exhibeantur, in presentia domini nostri pape. Pe. Tirason.
Et cum confectione dictarum litterarum. Et quod transumpto litterarum super huiusmodi gratia sub sigillo camerarii ubique fides adhibeatur, ac si originales littere exhiberentur. Concessum. Pe. Tirason.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, pridie nonas januarii, anno I[a1].

---

[1] *1465 Januar 4.*

---

[a] *Layoutendnote*

*Rom, 1465 Januar 4*

*Paulus II confirmat privilegia auditorum Rome in expectativis.*

*Druck: Cerchiari, Capellani papae 3 S. 172-174 Nr. 105; Archivio Rotae, Privilegia, tom. I, part I, n. XIX.*

Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi cunctis ecclesiastici status personis, ne indebitis molestiis afficiantur, ex assuete pietatis officio assistere teneamur, illis tamen eo magis adesse et eis concessa privilegia preservari ac illa approbare nos convenit, qui in ministranda unicuique iustitia, studia et labores impendunt et ad id specialiter sunt deputati. Dudum siquidem quondam Alexander V in sua obedientia nuncupatus dilectos filios apostolice sedis capellanos et causarum palatii apostolici auditores a litium anfractibus preservare cupiens voluit eisque et eorum successoribus necnon ipsorum loca pro tempore obtinentibus in perpetuum concessit, quod nullus concurrens cum ipsis seu eorum aliquo in data gratie cuilibet ipsorum ab apostolica sede concesse vel in posterum concedende pretextu cuiusvis preventionis seu presentationis litterarum aut maioris forte diligentie circa presentationem huiusmodi facte ipsis in assecutione beneficiorum, que expectabant seu expectarent et que vigore litterarum apostolicarum ipsis concessarum alias infra tempus legitimum acceptarent pro tempore et de quibus sibi facerent provideri, dummodo talis eis in gradu maior aut equalis non existeret, posset seu deberet anteferri quoquomodo, ac decrevit irritum et inane, quidquam in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Et consequenter bone memorie Baldassar episcopus Tusculanensis, qui in dicta obedientia successit et

tunc Johannes XXIII nuncupabatur, ac successive felicis recordationis Martinus papa V predecessor auditores prefatos, quamdiu in Romana curia presentes forent, ipsius sedis officiales ac suos necnon Romanorum pontificum et sedis eiusdem veros capellanos et familiares domesticos et continuos commensales fore atque censeri debere auctoritate apostolica declaravit, prout in quibusdam eiusdem Baldassaris episcopi super huiusmodi voluntate et concessione confectis litteris ‹continetur›, cum dictus Alexander, antequam eius desuper littere conficerentur, ab hac luce migrasset. Et postremo recolende memorie Eugenius papa IV etiam predecessor noster voluntatem et ipsius Alexandri concessionem predictas confirmando et approbando per quasdam suas litteras declaravit, quod ipsi auditores, quamdiu, ut premittitur, in ipsa curia presentes forent, in quorumlibet ecclesiasticorum assecutione beneficiorum omnibus et singulis et illis prorsus similibus antelationum prerogativis, favoribus et indultis quibus‹vis› *(!)* frui et Romanorum pontificum pro tempore existentium familiares continui commensales in assecutione beneficiorum sub gratiis expectativis eis concessis comprehensi gaudebant et utebantur, uti et gaudere deberent, prout in singulis litteris predictis, quas inspici et examinari necnon illarum tenorem de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus, plenius continetur. Qui tenor talis est „Johannes episcopus etc. ..., Eugenius etc. ...“ Nunc pro parte capellanorum et auditorum predictorum nobis humiliter fuit supplicatum, ut omnibus et singulis in predictis litteris contentis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati litteras necnon concessionem, voluntatem et declarationem predictas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus et plene firmitatis robore subsistere decernimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis, que predecessores nostri Alexander et Johannes prefati in prefatis litteris non obstare voluerunt, ceterisque contrariis quibuscumque. Verum, quia difficile foret presentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret, loca deferre, eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transsumpto manu publica sub sigillo camerarii nostri pro tempore existentis munito tamquam presentibus, si exhiberentur, litteris plena fides adhibeatur et perinde stetur, ac si eedem presentes forent exhibite et ostense. Nulli ergo etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, pridie nonas januarii, anno I.

1.

*Rom, 1465 April 5*

*Familiarenprärogativen für die Rota-Auditoren.*

*Druck: -*

*Città del Vaticano, Archivio Segreto Vaticano, Sacra Romana Rota, Misc. 1, fol. 67rb.*

Paulus etc. Ad futuram Dei memoriam. Etsi Romanus pontifex singulis sibi devotis ipsorum exigentibus meritis qu(ondam)que? etiam aliorum pro $$$ si ad hoc supplicantium? $$$raione, in exhibitione gratiarum se liberalem consuevit exhibere nonnumquam, et[iam]si quos[dam] in hoc etiam aliis congruis respectibus proferendo decet, ut suis assidue insistentes obsequiis, quorum virtutes et merita familiari experientia comprobata, digna insinuint? beneficia premiorum propensiori consideratione preveniat eosque specialibus prerogativis attollat in ipsarum impendiis gratiarum. Hinc est, quod nos volentes dilectos filios Johannem de Condulmario etc. familiares nostros continuos commensales prerogativa favoris gratie prosequi specialis, volumus ac motu proprio non ad dictorum familiarium vel aliorum pro ipsis nobis super hoc supplicantium petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate decernimus et ordinamus ipsiusque familiaribus concedimus, quod ipsi in assecutione quorumcumque canonicatuum et prebendarum necnon dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium, portionum et simplicium ac quorumcumque ecclesiasticorum beneficiorum quarumcumque qualitatum, que vigore gratiarum expectativarum eis sub datum kalendis aprilis pontificatus nostri anno primo[1] per nos eis concessarum et extensionum ac revalidationum earundem, si quas per nos fieri contigerit, acceptaverint et de quibus sibi provideri fecerint, omnibus aliis et singulis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint, canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, prestimonia, portiones et beneficia huiusmodi quacumque litterarum apostolicarum vel legatorum apostolice sedis vigore expectantibus, etiam illustribus et quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentibus personis, venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium exceptis, etiamsi ipsi expectantes in ecclesiis, in quibus canonicatus et prebende huiusmodi fuerint, in canonicos sint recepti, quacumque etiam diligentia super executione litterarum facta non obstante, omnino preferri debeant, nec prerogative, antelationes, facultates, declarationes et indulta quecumque, si que in favorem regum aliorumque principum vel prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut aliorum quorumcumque quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fungentium seu aliarum personarum, etiam motu proprio aut

[1] *1465 April 1*.

consideratione eorundem principum vel prelatorum seu alias sub quacumque verborum forma et cum quibusvis, etiam presentibus expresse derogantibus derogatoriis clausulis a sede apostolica hactenus vel in posterum emanarint, cuiquam adversus voluntatem, decretum, ordinationem et concessionem huiusmodi presentesque litteras quomodolibet suffragentur. Nulli ergo contra nostre voluntatis, constitutionis, ordinationis et concessionis infrigere etc. Si quis etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, nonis aprilis, pontificatus nostri anno primo.

*Paulus II auditoribus Rote et aliis gratias expectativarum concedit.*

*Druck: Cerchiari, Capellani papae 3 S. 175-177 Nr. 107 (mit Datum 1469 März 1); Arch. Rotae, Privilegia, tom. I, part. I, n. XX.; hier nach ASV SRR 1 fol. 67ra-rb verbessert (3.3.2011). Regest?: RG 9 Nr. 1356 (1470 iul. 23).*

Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta singulorum merita et probitatem attendens illos petitionibus favoribus prosequitur, qui iugiter suis insistentes obsequiis labores continuos et graviores perferre noscuntur. Dudum siquidem nonnullis familiaribus nostris continuis commensalibus, inter quos primus quondam Iohannes de Condulmerio subdiaconus noster et nonnulli alii nominati erant, quasdam antelationum prerogativas in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum necnon beneficiorum aliorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis gratiose concessarum acceptarent, assecutione motu proprio gratiose concessimus, prout in nostris inde confectis litteris, quarum tenorem presentibus haberi volumus pro expresso, plenius continetur. Cum itaque postmodum, sicut facti demonstrat evidentia, nos ex ipsis descriptis familiaribus quosdam eorum meritis exigentibus ad cathedrales ecclesias duxerimus promovendos, alii vero ultimum petentes diem ab hac luce migraverint et nonnulli vice et officiis eorum fungentes nostris insistant obsequiis et aliquibus annis insteterint ac plerique, presertim cum nonnullis prelatis in palatio nostro residentibus seu quibusdam familiaribus nostris continuis commensalibus commorantes et grata nobis assidue impendant obsequia. Nos igitur cupientes tam ipsos familiares nostros continuos commensales quam prelatorum et aliorum predictorum per eos ad hoc nominatos et quoscumque alios inferius descriptos, quos similiter veros et indubitatos familiares nostros continuos commensales esse decernimus et pariter declaramus, pro meritis specialibus attolli prerogativis, motu simili, non ad ipsorum vel alicuius eorum nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et certa scientia, auctoritate apostolica

tenore presentium statuimus, decernimus et declaramus, ipsisque infrascriptis omnibus et singulis ac eorum cuilibet concedimus, quod in assecutione quorumcumque canonicatuum et prebendarum, necnon dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium, portionum et simplicium ac quorumcumque aliorum ecclesiasticorum beneficiorum, quarumcumque qualitatum fuerint, que vigore dictarum gratiarum ac extensionum et revalidationum earundem necnon mutationum, collationum per nos eis concessarum et imposterum concedendarum, acceptaverint et de quibus sibi olim vel deinceps provideri fecerint, eisdem prorsus antelationum prerogativis, declarationibus, exemptionibus[a], privilegiis, indultis et gratiis per nos eisdem familiaribus descriptis in simili beneficiorum assecutione concessis et de quibus ipsi descripti gaudent seu gaudere poterunt in futurum absque ulla differentia, sine tamen eorundem familiarium descriptorum preiudicio pariformiter in omnibus et per omnia uti valeant et gaudere ipseque antelationum prerogative similiter eis suffragent nec prerogative, antelationes, facultates, declarationes et indulta quecumque, si qua in favorem regum aliorumque principum vel prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut aliorum quorumcumque quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentium seu aliarum personarum, etiam motu simili aut consideratione eorundem principum vel prelatorum seu alias sub quacumque verborum forma et cum quibusvis etiam presentibus expresse derogantes derogatoriis clausulis a sede apostolica hactenus vel in posterum emanarint, cuiquam adversus voluntatem, decretum, ordinationem ac concessionem huiusmodi ac presentes litteras quomodolibet suffragent. Nomina vero predictorum hec sunt: Guillermus Roberti decanus ecclesie Vapincensis magister in theologia cubicularius et Gaspar de Teramo prepositus ecclesie Tridentinensis decretorum, Johannes de Ceretanis archidiaconus Sernensis in ecclesia Burdegalense legum, Johannes de Cesarinis canonicus basilice principis apostolorum de Urbe utriusque iuris, Antonius de Grassis canonicus Bononiensis utriusque iuris, Johannes Franciscus de Pavinis utriusque iuris, Matheus de Porta canonicus Claramontensis decretorum, Nicolaus de Ubaldis clericus Perusinus utriusque iuris doctores, capellani nostri et causarum palatii apostolici auditores. Et hii tres videlicet Gabriel Contarenus archipresbiter ecclesie beate Marie de Montagnano Paduansis diocesis utriusque iuris, Bartholomeus de Bellerunis clericus Mutinensis decretorum et Nicolaus de Edam clericus Traiectensis diocesis decretorum doctores, pro quibus a nobis super eis ad auditoriatus officium admittendis mandata emanarunt, Johannes de Albarisanis de Ferraria etc. Nulli ergo etc. nostre constitutionis, statuti, decreti, declarationis, concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome

apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice MCCCCLX nono, kalendis martii, pontificatus nostri anno sexto[1].

F. de Placentinis.

---

[1] *1470 März 1.*

---

[a] antelationum - exemptionibus *fehlt SRR 1*

2.

*Ohne Datum*

*Copia reductionis numeri auditorum per Paulum ordinata, sed non perfecta.*

*Druck: Cerchiari, Capellani papae 3 S. 178f. Nr. 108; Arch. Rotae, Privilegia tom. I, part. I, n. XXI.*

Paulus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancte Romane ecclesie, cui omnis humana creatura de necessitate salutis subiicitur, disponente Domino, presidentes, frequenti meditatione pensamus ut, nostris et perpetuis futuris temporibus, dilectorum filiorum magistorum sacri nostri palatii causarum auditorum et cappellanorum ac eorundem Locumtenentium status et ordo in omnibus decens appareat et venustus, ac iuxta merita eisdem, pro apostolica sede et toto orbe laborantibus, premia tribuantur. Sane, attendentes quod multitudo onerosa nihil habet honesti ac quod in paucis ex multis quiescunt virtutes, proprio motu et ex certa scientia nostra, decernimus et ordinamus ac presenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod prefatorum auditorum et eorundem locumtenentium numerus ultra duodenum, prout est de presenti, de cetero non transcendat. Ita quod, donec aliquis de dicto numero nunc existens foras constituatur, aut ex ipso numero alias esse desierit, nulli cuiuscumque status vel preeminentie aut conditionis extiterit, supplicandi pro dicto auditoriatus aut locumtenentie officio aditus pateat, scituro quod nedum non impetrabit petita, sed pene erit pro nostro arbitrio irremissibiliter obligatus. Insuper, considerantes sepenumero in acie mentis nostre labores quos in administratione iustitie in causis que ad nos et dictam sedem de toto orbe nobis et eidem sedi subiecto, delate sunt hactenus et deferuntur et deferentur in dies, cum summa vigilia et studio nocte dieque auditores et locumtenentes prefati qui de presenti existunt, magno et libenti animo, honeste vivendo, alterum non ledendo ac ius suum cuique tribuendo, et ab aliis tribui faciendo, supportaverunt et, prout firmiter speramus, iidem et qui eis in futurum succedent fideliter supportabunt, ut per hoc a nobis et a prefata sede cuius servitio incubuerunt et incumbunt incumbentque in futurum, aliquod sublevamen suorum laborum persentiant, similibus motu et scientia, decernimus et ordinamus atque statuimus quod singulis men-

sibus cuiuslibet anni, ducenti floreni auri boni et iusti ponderis prenominatis auditoribus et locumtenentibus, inter eos prouti ipsis videbitur distribuendi, realiter consignentur. Volumus autem predictos ducentos florenos recipi ex pecuniis. Non tamen per premissa intendimus, prefatos auditores et locumtenentes ab aliis gratiis et beneficiis quicumque casus occurrerit effici alienos, quin, pro cuiusque eorum dignis meritis, ipsorum commodis consulamus. Nulli ergo etc. ... Si quis autem etc. ... Datum etc.

*Vgl. dazu auch Sixtus IV:*

*Reductio auditorum Rote Romane ad numerum duodecim*.

*Druck: Bullarium diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum pontificum Taurinensis editio Bd. 5, Turin 1860, S. 207f. Nr. 3; Cerchiari 3 S. 181-183 Nr. 111.*

Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis indefessa sollicitudo, que nihil preterit inordinatum ... Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, pridie idus maii, pontificatus nostri anno primo[1].

---

[1] *1472 Mai 14.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl